BVCO. FAV.




BVCOLICA

FAVSTI POETAE LAVreati perdiligenter emendata, cum perq̃ familiari cõmento præstantissimi bonarũ literarũ professoris D. Iozentĳ Iosæ nuper addito, versuũ singulorum contextũ, & nõ pauca subobscura loca, accurate (vt lectoribus ipsis facile constare poterit) explanante.

Laurea serta gerens, musisq; excultus amœnis,
Gymnasiũ Faustus Parisiẽse polit.

1 5 3 0






FAVSTVS PETRO COARDO Primario Franciæ præsidi.S.



Aiorem in modũ admirarer eminentissime præses, si vnus ego reperirer: in quem crassari nuper inciperet inuidus oblocutor. Sed cum nullus potissimum literatus aut fuerit, aut sit: qui huiusce vitæ curricula potuerit absq; morsu latrantium hominum pertransire, nõ modo non admiror: sed penitus cõtemno emissam in me inuectiuam spurcam sane, & ab omni prorsus veritate alienam: vt autem liberius, apertiusq; mentiretur auctor nescio quis: ne nomen quidem suũ inserere est ausus. In tutando, extollendoq; Balbo & in me deprimendo, ita legitimum excedit modum: vt & extollendo deprimat: & deprimẽdo extollat, cũ omnino cælanda sit ars: ne nimia vel beneuolentia, vel maleuolentia detegatur. Scripsi ego in Balbũ, & inuitus quidem: vt eum stylo repellerem, qui me prius gladio petierat: si culpa fuit scripsisse multo maior fuit (vt Hieronymi verbis vtar) prouocasse. Sed qui defendi potest, quẽ vel sola fuga condemnat? dĳ boni quantas nugas effutit incognitus iste anonymus. Nititur enĩ ampullatis sesquipedalibus ꝓ verbis persuadere, quod eram scilicet Calphurnĳ poeta Bucolica, & Isagogicum Augustini Dathi libellum sub nomine meo editurus, nisi Cornelius Vitelli9 occultum furtum prodidisset. Quasi concurrenti, & inimico meo adhibenda sit fides, quonam pacto potuissem ego vel Calphurnium, vel Dathum mihĩpsi ascribere, cum iamdiu impressi, diuulgatiq; habeantur: sicuti hoc ita & illud puerile cõmentum est quod de Tholosano, Pictauiensiq; Parisiensiq; gymnasio blacterat: quandoquidem omnibus hisce in locis ita me honorifice gesserim: vt te auctore regio stipendio donatus fuerim. Reliqua deliramẽta prætereũda censeo: ne grauis lector indecenti aut cachino, aut fastidio afficiatur. Ridicula quippe monstra videntur: quæ a verisimili figmẽto discrepent: sed sinamus miseros inuidos aliena (vt solent) felicitate torqueri. satis superq; fecisse duxero: si tu qui iudicium habes examussim, factũ meũ: meũq; inq̃ bucolicũ carmen Roberto brisoneto iam diu (vt scis) dedicatũ approbaueris, non enim quod edax liuidus euomat: sed q̃d excellens cõsummatusq; vir sentiat, curandum est. Vale,



Iozentius Iosa nobili cum primis adulescenti
Acassio a Genasio S.



Expositũ quod apud te sequestrarim, quid item tute mihi vicissim pignori dederis, nõ ignoras Acassi generosissime, quod si nolis repignerare, recusem ego quoq; deposi-tum reposcere, quod apud te collocaui: nolim, vt quod sit omniũ quæ possedi multo preciosissimum, vile iudices. te mihi quod oppignerasti vereor velut excantatũ mihi sublegisse, quod assequor iudicio suspicari, magis q̃ vero: nam isthinc in patriam euocatus anno proximo sub discessum domum petiui tuam, quum tuis, tum tibi vale dicturus, solus defuisti: credo ne discessus meus (sic enim interpretor) tibi stomachum faceret: altius enim reor insederã pectori tuo, quam vt te discessu nõ cõmoueri meo diffiderem. Sed isthinc nec ego nõ discessi mœstus peræque, quãuis in patriam reditus paulũ tristitiam dissimulauit, in qua quum mihi iurato triennium exigendum esse reputaui, bone deus quantum tui subĩt desyderium. Liquet mihi per Iouis lapidẽ, simul & per omnia sacra deierare, tantum, vt inde conceptus dolor animũ strinxerit. veris lachrymis pressius, quem nec patria vel grata: plus etiam quam merueram tribuens, tantũq; nõ habens prophetam, id quod est inusitatũ: nec parentes, nec officiũ, nec deniq; tempus rerum omnium compos, lenire potuit. Aliud ex alio malum, Biliomi pestis oborta, nouercata mihi quum alias sæpe, tum nunc multo magis, quoniã & nunc sæuit, vt quũ maxime, foro literario me cedere coegit. Quem vtrũq; dolorem vt sorbeam mitius, interdũ accingor isthuc, pudor reuocat, dum nec gratia, nec precio adduci potui, diuti⁹ vt plector tibi quicq̃ enarrarẽ. vtinã peregrinus iste ciuis & extrarius. tenes quod dicã, ciuilior fuisset, quã paganior, & isti ciues æquiores in me, stipem meritã in præsens numerare maluissent, quã quod reliquum erat in futurum diffundendo blande polliceri, quo me perpetuo frustrentur, & alteri merces accrescat, sic articulato præsertim, vt nec legat, nec scribat, nec loquatur: sed quid hoc mirũ? Lippos dum mentito Leutheranismũ obtrudũt, vnde

tantū abhorreo, vt nō alius magis istā fecem ferere: quos quidē tragœdiam istā nō mouisse fuerat satius, quā æqua retaliatione tecta crimina retectum iri suo, sed recriminatione nihilosecius approbanda dn̄is, quā æquis hominibus. Verū ad Catastrophen potius contendā, quā epitasim odiosam cōfecter. vtinā te pluribus demeruissem beneficijs, præditum ingenio, musis, ac gratijs, iuxta nato, clarū tuorū maiorū stēmatis, tuorumq; parentum nobilitate, de qua quid tam dicā magnifice, quod nō sit ipsorū infra generositatē? tuus pater Guillelmus a Genasio, genere nobilis, ciuis primarius, miranda facundia, prudentia singulari, areopagitica seueritate, sic radijs coruscabat, vt citra controuersiam omnibus suis ciuibus præluceret: cuius morte deum immortalem quantam iacturam Respub. fecit, quantum senatus degenerauit? Quid ob oculos tibi ponā matrem tuam Magdalenam, fœminam primariam, raris dotib⁹ illustrem, natam felici genere, nempe familia Rabotorū, vnde nihil nō absolutissimum deducitur, natam in vrbe dico Gratianopoli, nobilitatis (vt sic loquar) matrice, quæ pręter cæteras, quarum hactenus ciues nouerim, semētem illam facit, vnde seges omnium multo pullulat fœcundissima, præter formam, & extraria quæ dicūtur bona, suspicio tuæ matris castimoniam vere vidualem, œconomicam prudentiam, animum plusquāvirilem, modestiam puerilem, comitatem nō fictam, & quod est multo maximum, sanctimoniam incomparabilem, dotes nō mundiales, sed vere christianas, cognatas, non agnatas, gentilitias, nō ascititias, insitas, non quæsitas, dotes inq̄, trium tuarum materterarum insigniter cordatarum communes, quas velut eodem consperso maceratas: cur in diuarū elenchum referre dubitē? Quales consobrinos treis meos quōdam discipulos: augusta tua matertera Symoneta (sobolē aliarum vt prætercam) tulit? Franciscum primum memorandum non simulatæ sanctimoniæ mysten, Ruphum deinde, suis virtutibus, præter vtrāq; facultatem ciuilem, & canonicam creatum nuper apud Gratianopolim sāctioris fori præsidem, quē vulgo officialem vocant. Postremo Petrum ob ingenij præstātiam, simul & vigilantiam quandam curialem, ornatum magistratu, quē rationū auditorem vocāt, quibus in tantū fasti-

gium euectis, quid ciuilius? In eandem tabulam referam nō inuitus patruelem tuum Felicem a Genasio, genere nobilem, strenuum honestatis organum, virtutis acerrimū vindicem, musarum amicum: denique quem æmuleris velut syncerum archetypum: quos omnes breui nomenclatura, velut catalogū conficerem, enumeraui, nenon quā sis ista parte beatus, tanq̃ in specillo repræsentarem. Indoles tua de te plurima mihi pollicetur, vt satis fore cōfidam, inolitam virtutem ab incunabulis vsq;, dum perstes, vt cœpisti, non passuram degeneres, id quod ne facias, profecto deum optimū maximum tibi quotidie precor. Qui si pomœrijs epistolam longioribus profero, quam vt citra tædium perlegas, quæso te pro tua clementia, quam poteris deuores facillime, memor facilitatis quondam meæ, quem si quādo pueriliter offendebas, nec plagosum, nec infensum experiebaris sic metuebas, vt amares, amabas, vt metueres, de me sic meritus, plurimum vt tibi debeam. Lubet tecum in nugis dieculā ociari, iocari, tolerabis, & congerrari, nihil grauatus, q̃ hanc epistolam nuncupatoriam enarratiunculis in Fausti Bucolica familiaribus: quas ædidi, nō etiam elucubraui, supra modum mœstus, tuo nomine præscripserim, quas expressit magis, quam impetrauit, vt publicarem Bibliopo. Lugdunēs. quas nec ego tibi nūcupo, vt quæ de meo præter textus Germanā faciem præferant nihil. Sines ergo vt inauguratæ, nullo patrono vindicante, seruitutem dominis in quorum manus inciderint seruiant vel æternam. Vale multum, & feliciter. Ex Aruerna villa Calendis Augustis, sesquimillesimo trigesimo.

¶Enarratiunculæ familiares in Bucolica Fausti Iozentio Iosa cōmentatore.

PVBLII FAVSTI

ANDRELINI FOROLIVIENSIS LAVREA ti ac Regĳ Poetæ ad Robertum Brisonetum eminentissimũ Franciæ Cancellarium: ac longe Reuerendũ Rhemensem Archiepiscopum, Bucolicum carmen.

ARGVMENTVM.

Faustulus ausonios indignans linquit agellos:
Et Galla inuitum trudit ad arua gregem.

¶Lygdus & Faustulus interloquutores.



Austule tã celeri ꝑperans discedere gressu, Lyg.
Inuitas quo trudis oues? cum pinguia carpant
Gramina: cum valeant patula vitare sub vlmo
Iamiam venturum torrenti sole calorem?
Vndiqꝫ nam resonat raucis nemus omne cicadis.

¶Etsi dilucidũ est argumẽtum satis poetæ disticho: tamen sermone soluto fiat apertius in hunc modum. Faustulus pastor per quem poetã intelligas, cũ grege migrãs, occurrit Lygdo, cui recitat rogatus exilij caussas, & obiter quo pacto sit per Phœbum Lauro donatus, deinde iussus cãtare: dicit hymnum, & sic ab Lygdo dimittitur, ei multã felicitantẽ ꝑcante. Dicit igitur Lygdus. o Faustule pastor: properãs, festinans, accelerans, discedere, facessere, abire: gressu gradu, itinere, motu tam celeri propero, quo quorsum trudis adigis impellis oues: cum (pingui minerua dicam) viso ꝙ carpant, pascantur, tondeant gramina, speciem pro genere posuit, hoc est herbas pinguia succulentas ac saginantes, nõ ergo pascua mutanda. Subdit, quo trudis oues, cum valeant possint, vitare effugere: sub vlmo, cuius vmbra fouet autore Pli. cæterarum nocet arborum vmbra. sub vlmo dico, patula semper aperta, ac patente, vitare valeant calorem, æstum venturũ, accessurũ. Iamiam, primulum, statim, proxime, quod coniector, nã omne nemus silua: resonat, sonum remittit, vndiqꝫ, ex omni loco: cicadis voce cicadarum, raucis raucarum. Igitur cum oues pascantur hic, & a pastu nõ sint in æstiua cogendæ, cum hic sint vel optima, quo trudis oues bone Faustule?

¶Faustulus respondet.

Pascua iamdudum campo meliora feraci Fau.
Luxuriare ferunt, cultos qua flexilis agros

Sequana circundat: fluctuque irrorat amœno.

Illuc has pecudes longinqua per auia duco.

¶O Lygde, ferunt aiunt pastores regionũ nõ ignari, meliora opimiora, pinguiora pascua pabula luxuriare luxuriari: hoc est luxum, & vt nostrates dicunt, drugesiam ferre, Iandudum a cõplusculo tempore. &adhuc campo porrecto loco, feraci fertili. Si quæris vbi, dicunt luxuriare pascua, in ea parte, qua in qua Sequana Galliæ fluuius Parisios interlabens flexilis verticosus ambagiosus circũdat cingit agros cultos nõ neglectos, imo bene curatos, & irrorat irrigat eos fluctu vnda, amœno amabili delectabili nõ noxio, ob id duco, ago illuc in illa pascua pecudes oues per longinqua pro longa, auia loca viã nõ hñtia.

Sic patrios fines, antiquaque Faustule rura Lyg.

Linquis, vt externi fias nouus incola campi?

Ah cœptam dimitte viam: te flebilis arbor,

Te vidui fontes, te flumina mœsta dolebunt.

¶Lygdus quærit. Linquis deseris, o Faustule, Sic tam leuib' causis fines oras limites patrios patriæque, & linquis, Sic rura arua antiqua diu culta aut preciosa & nobilia; Immemor illius nihilo lepidioris quam vtilioris comici verbo, ne præter casam quod aiunt: linquis, inquam, fines patrios: vt fias efficiaris incola, colonus inhabitator, forsitan & semper inquilinus habitator in alieno conducto campi ampli loci, externi barbarici exotici: ah dolentis dimitte, noli prosequi, viã pro iter, cœptam, incœptum, arbor populus vel alnus flebilis illachrymans dolebit feret moleste, te discessum tuum, fontes vidui derelicti abste, & flumina mœsta tristia dolebũt grauabũtur, te, discessum tuũ Arbor flebilis alludit, opinor, ad metamorphosin sororum Phaetontis, quæ in alnos aut populos finguntur transformatæ, lachrymis testantes fratris in Eridani casum.

Heu possessa diu natalis iugera ruris, Fau.

Extremus veteri dolor est liquisse colono:

Sed grauis impellit tardantem iniuria gressum,

Nec longum deterret iter: nec feruidus ardor.

¶Faustulus fere singultiens præ dolore, sic ait apostrophans, heu dolentis, iugera, arua ruris villæ natalis in qua natus sum, possessa diu longuo tẽpore, extremus supremus maximus dolor, mœror est colono, cultori: possessori: veteri non nouo nõ recenti, liquisse pro linquere, nam vt ait, ille lentescunt tempore curæ. Sed o Ligde discedendum est, nam grauis premens & ferenda grauiter iniuria iniquitas im

pellit, vrget cogit me tardantem, cunctātem differentem, gressum iter discessum, nec & non peregrinatio longum longa deterret, auocat stupidum reddit me: nec ardor æstus feruidus ardens deterret me.

Hac mecum æsculea paulum requiesce sub vmbra: Lyg.
Et refer indignam quæ causa incenderit iram:
Cur nolis patrio requiem decerpere campo,
Donec sol nimios declinans temperet æstus.

¶ Lygdus Faustulum ad vmbrā vocat sic, o Faustule requiesce cape quietem paulū parum admodū, mecum me comite sub hac vmbra opacitate æsculea æsculi arboris glandifere, quarū genera sex Pli. ponit nisi memoria me fallit. Et o Faustule refer memora, dic, quę causa qui motus, quod principium, incenderit inflāmarit iram feruorem sanguinis aut vindictam, indignam nō decentem virū, aut immeritā, & nulla tua culpa concitatam, refer, inquā, cur quare nolis, recuses decerpere, sumere requiem ocium campo patrio patriæ refer, donec quoad sol declinans tendens ad occasum temperet mitiget æstus ardores nimios immodicos.

Cum foret heu genitor multi ditissimus agri, Fau.
Dixit io felix, magnum pete Faustule Pana
Haud patrias rediture domos: nisi carmina pago
Inuidiosa tuo docta modulere cicuta.
Dixit, & innumero plenam dedit ære crumenam.
Hic docuit calamos labris inflare sonoros,
Nec carmen triuiale Deus, quod Tityrus ipse
Si semel audisset, tenuem fregisset auenam,
Qua sua phagineis sub frondibus otia lusit.
Iubila cum canerem nostris incognita siluis:
Ipse ego rurali sum factus Apolline vates:
Serpentesq; meis hederas, laurumq; virentem
Crinibus imposuit: pagus non inscius extat.
Muneris accepti dulce est meminisse leuamen.
Interea promissa pater vadimonia soluens,
Rem totam exhausit sæuo cogente tyranno.

Et mea libertas cecidit:dominoq; coactus
Ingrato seruire fui:nam tradita Lygde
Nulla fuere meo compendia digna labore.
Iam quater incisa est flauenti messis in agro,
Ex quo tale iugum subij, dum sustinet ætas,
Sunt alibi miseris quærenda viatica canis.


¶ Faustulus quũ genitor pater foret esset ditissimus felicissimus mul/
ti nõ pauci agri fundi,heu dolentis dixit, o felix fortunate Faustule,
pete adi,vade,ad magnum nõ pœnitendũ Pana deum peritissimũ mu/
sices,pete nõ rediture, pro non rediturus, nã vocatiuum literatores
nolumus a tergo locum habere,quãuis nõ semel occurrat, esto macte
virtute:sed pergam,pete nõ repedaturus domos sedes ædes patrias
pro paternas, nisi si non modulere cantes carmina versus inuidiosa
pleno odio habitos tuo pago hoc est tui vici pastoribus, modulere
dico,fistula docta,quæ te doctum testetur,pater dixit, pete Faustule
Pana,& pater dedit tradidit mihi crumenam,sacculum pecuniarium
plenam,refertum ære pecunia quæ fertur ænea fuisse primo. Hic Pan
docuit, ostendit, inflare implere flando labris pro buccis calamos ti/
bias ex culmo sonoros bene sonantes. Nec & non deus Pan non do/
cuit carmen,cantilenam triuiale vilem,qualem quis in triuijs disper/
dit:docuit ergo Pan carmen nõ vulgare,quod carmen si Tityrus ipse
pastor optimus audisset semel,non etiam sæpe,fregisset,rupisset inui
dia,auenam fistulam ex culmo auenæ tenuem subtiliter adornatam in
ea parte subaudi qua in qua Tityrus lusit velut lusum cecinit,quasi
q; ludicrum scripsit, sua ocia studia in ocio excogitata, fregisset, in/
quam Tityrus meam auenam, vbi lusit sua ocia, puta sub frondibus
phagineis,hoc est sub vmbra phagi. quum quãdo ipse canerẽ cantarẽ
iubila læticię voces,qualibus iudæi condonatis nominibus anno Iu
bileo suam læticiam significabant,vt nos his Ion,Iois feriron,inco/
gnita, non nota nostris patrię syluis nemoribus, ipse ego Faustulus
sum fact⁹,creatus vates poeta Apolline a Phœbo rurati,pro rurestri
vel etiam rurali, rura curante, q; & ipse Phœbus imposuit crinibus
capillis meis hederas serpentes sequaces,q; & laurũ virentem glaucã
hoc est donauit me corona hederacea simul & laurea , pagus vicus
extat est non inscius, imo testis, hedera baccho sacra, sub tutela bac/
chi qui musarum comes est(Probus grammaticus ait)poetæ sunt,co
ronãtur ergo hedera. Laurus sacra phœbo sub cuius tutela poetæ
sunt,dono igitur Phœbi merito coronantur. hæc mystico nõ vacant
sensu,verum nõ est alini(quod aiunt)mysteria ferre. Pergit Faustu/
lus: meminisse,memoriam repetere leuamen:solatium iuuamen & cu
rarum fugam muneris accepti beneficij collati per Phœbum,& Pana
est dulce:mellitum quiddam quasiq; saccaratum, Interea dũ scilicet

musice darem operem, pater soluens numerans alijs: pro quibus spo/ponderat, Vadimonia res vadimonio hoc est spōsione, pmissas: exhau sit absumpsit totam rem substantiam, & hoc tyrāno principe, rege ma lo cogente patrem soluere, & mea libertas facultas viuendi sine curis quæ poetis est necessaria vel in primis, cecidit, corruit, qꝛ & fui coa/ctus compulsus seruire in temporariam seruitutem me addicere, do/mino tyrāno ingrato meis beneficijs nihil reponente. Nam o Lygde nulla cōpendia nulla præmia digna labore que meruerat labor meus, fuere, fuerunt tradita data reddita. messis, siccata seges: est iam incisa demessa quater, in agro sationali flauenti flauo: hoc est iam quartus voluitur annus, ex quo puta tempore subiui, sustinui tale iugum pu/ta seruitutis, quare dum ætas scilicet iuuenilis sustinet, fert, sinit, & tolerat, viatica sumptus huius vitæ curriculi sunt quærenda paran/di alibi: canis senio, miseris misero.

Pro certis incerta petis: sors durior esset, Lyg.
Si fieret dominus peregrina ingratior ora.

¶ Lygdus nititur Faustulū in patria detinere, dicens: o Faustule pe/tis: queris, adis incerta dubia pro certis pro firmis & exploratis, sors conditio tua esset foret durior acerbior intolerabilior, si dn̄s tyran/nus fieret ingratior nullorū beneficiorū pensator in ora peregrina in regione externa & remota.

Lygde mihi rediens quærenti dixit Amyntas, Fau.
Illic esse deum miti pietate fouentem,
Quos fera præcipitat fato fortuna sinistro.
Huic animus solers: huic est pastoria virtus
Grata: nec argutis iuncta est quæ fistula cannis
Displicet, au gusta si maiestate fruamur:
Hac facilem gracili flectemus arundine diuum.



¶ Faustulus instat migrandū dicens: o Lygde Amyntas pastor rediēs e Gallia dixit renunciauit mihi quærenti percontanti de Galliarū fe/licitate dixit, inquā, deum largitorem liberiorem qui cum deo pene paria facere possit, esse illic in Gallia, fouentem pietate charitate miti nō iracunda: sed benigna & mansueta fouentem dico, hoc est tollentē, eos quos dea fortuna fera sæua præcipitat, deijcit fato incōmodo, sini/stro, nō dextro, nō propitio: imo quod sinistra vibrat malo, nā dextra fertur elagiri bona, sinistra vero casus, & ęrūnas omne genus sparge re, animus solers prudens est huic deo, & pastoria virtus quæ decet pastorem grata vtilis multis, est huic deo, pontificem forsitan intelli/git liberalem, aut alium egregium plæbis pastorē phœnice rariorem.

Nec & nō fiſtula tibia quæ eſt iuncta, compacta cānis fiſtululis ex canna argutis canoris diſplicet, nō eſt odio huic deo, ſi nos fruamur, fruētū conſequamur maieſtate: ex dignitate auguſta, nobili, ſacra nō vio labili nos flectemus, mouebimus, in nos vt ſit beneficus diuum ſanctum illum paſtorē, facilem mitem, flectem⁹ dico, hac arundine fiſtula ex arundine.

Fauſtule ſiqua tui tangit te gratia Lygdi: Lyg.
Dic age, dic dulci diſperſum nectare carmen.
Ignibus hibernis, æſtiua gratius vmbra
Illud erit nobis: & odora ſuauius herba.

¶ Lygdus rogat Fauſtulū carmen ſic, o Fauſtule, ſi qua ſi aliquā gratia, cauſa amoris: tui amici Ligdi, tangit mouet te, dic, age hortantis eſt, carmen, cantilenam diſperſum diffuſam nectare melo concinnitate dulci delectabili ſuaui. Illud carmen erit nobis, mihi grati⁹ acceptius ignibus hybernis hyemis & gratius vmbra refrigerio æſtiua æſtiuo, & ſuauius herba odora ſuauiter fragrante dulcius.

Summe Deus noſtræ data ſunt cui iura ſalutis, Fau.
Indiga paupertas, rebuſq; inimica ſecundis
Huc laſſum me ferre pedem fortuna coegit.
Da precor optata, da tanti numinis aura
Poſſe frui: tutis geminæ ſub vallibus alæ.
Infelix tutare pecus: quod viribus hauſtum
Omnibus eſſe vides: vacuas ſi miſſa per auras
Verba volant: vſto ſeu tellus ſubdita cancro,
Seu me ſpectabit Thule ſuprema vagantem,
Donec manſuram liceat mihi ponere ſedem:
Ah iuſtas admitte preces: finemq; ſupremum
His impone malis: ſemper ſolennia vota
Perſoluam: nec pauca tuas ouis imbuet aras:
Et mea iam trito dependens fiſtula collo
Semper honoratos vni tibi concinet hymnos.

¶ Fauſtulus hymnū canit, o ſūme maxime Deus, cui deo iura imperia & facultates noſtræ humanæ ſalutis vitæ ſunt data, tributa collata cō

cessa, paupertas: rerum angustia indiga egenos faciens, ꝙ & fortuna, persecutio inimica contraria rebus sequundis ad res sequundas & prosperas coegit compulit me ferre huc, vbi sum, agere mouere pedem lassum fatigatum, aut me lassum huc ferre pedem. o deus inq̄, precor rogo da concede optata, vota, da posse vt valeam, frui fructū consequi aura fauore tanti numinis tanti dei pastoris benefici. qui velut deus aliquis numinis hoc est diuinitatis multū habet, vt fertur fama loquitur de pastore hoc est pontifice aliquo, aut vt est verisimile, de eo cui Bucolicum nuncupauit carmen, quem Deum facit ob egregiam benignitatem, ad quem fingit se profugere, deus, inquit Faustulus, tutare, protege infelix miserū pecus gregem sub vallib⁹ locis humilibus tutis tutantibus sub vallibus alq; lateris geminæ duplicis: nā sic valles cinguntur; ergo tutare serua pecus quod o deus vides, cernis haustum, emaciatum attenuatum defectum viribus omnibus esse, vides, inquit Faustulus, si verba missa fusa per vacuas pene inanes auras aeris partes volant, vera ferūtur nam deum nulla latent, quod de summo deo pastores etiā opinant, ergo tutare gregē donec: quoadusq; liceat, detur mihi ponere, statuere sedem domum mansionē mansuram non mutandā colendam tantisper dū viuam. ah admitte, suscipe ne renuas, preces precationes iustas, ꝙ et impone, da finem modum supremum his meis malis, ego persoluā, reddam semper dum viuam vota sacrificando quæ promiserim, solennia, celebria & anniuersaria, nec pauca imo multa ouis pecus imbuet, tinget, sanguine respergret tuas aras, tibi summo deorum extructas, & mea fistula dependens pendens de collo trito pene lacero & exulcerato cōcinet, concentu musico fundet tibi vni soli aut deo qui vnus es hymnos laudes, honoratos pro honoros ad tui veneratione pertinētes, hec omnia præstabo, Faustulus ait seu tell⁹ terre pars subdita supposita cācro illi signo æstuoso vsto torrefacto hyperbolicos seu siue thule britānici maris insula suprema vltima spectabit, aspiciet me vagantem profugum.

Quantum & quale refers carmen diuine poeta, Lyg.
Ipsa etiam audito mitescent marmora cantu:
Nam strepis arguta nihil armentale cicuta.

¶ Lygdus. o Faustule quale quo textū artificio, & quātū quam profundum carmen tuo diuine poeta refers, ipsa marmora marmorea saxa etiam vel mitescent, minus aspera fient cantu, canore, audito accepto hausto, Nam nil armentale quod ad armentū pertineat, & per hoc vile strepis, confuse sonas, cicuta cicutæ fistula arguta sonora subtili tenui canora.

Si loquor hæc humiles superantia verba myricas, Fau.
Materies erexit opus subiecta remissum.

Si nescis, nihil est triuiali more sonandum
Ante sacrum numen: virgulta exilia poscunt
Stridentes stipulas, & pastoralia verba.
Sic me parrhasio docuit Pan primus in antro.

¶ Faustulus causatur materiam obiectam, quamobrem sublimius q̃ exigit pastorale carmen, cecinerit, nã quum versaretur ipse cum grege simul in magno discrimine nõ fuit ab re dextrã summi deorum inuocare: dicit igitur, o Lygde si loquor, dico, hæc verba superãtia excedentia myricas, frutices humiles, scito, materies res ipsa hoc est necessitas, subiecta oblata data erexit, extulit opus remissum, tenue nõ concitatum: imo si nescis, ignoras, nihil est sonandũ, cantandum more modo triuiali vili, & in triuijs obseruari solito præsertim ante sacrũ inuiolabile numen. Virgulta frutices exilia parua poscunt, exigunt stipulas calamos stridẽtes rauce crepantes, & verba pastoralia hoc est sermonem humilem. Pan deus Arcadie docuit me sic primus antequã alius in antro speleo parrhasio Arcadico.

O felix numen dulci quod tanta canore — Lyg.
Fistula mulcebit, cygnos imitata sonoros.
Frigida iam summis descendens montibus aura
Spirat: & accinctum latijs te subtrahit agris:
Felicem iam carpe viam, sedesq; beatas:
Fataq; perpetuam præstent meliora quietem.

¶ Lygdus, o numen o deum felix felicem quod que tanta fistula cicuta auena arundo tibia mulcebit, leniet canore cantu dulci mellito, fistula inquam, imitata imitans referens cygnos olores sonoros argutos. Parasceue. frigida, horrida aura iam descendens delabens montibus summis, æditis altis spirat, flat & subtrahit, subduxit aruis ab agris latijs Rhomanis latinis te accinctum dispositũ adornatũ. O Faustule carpe iam, corripe viam felicem, q; & sedes mansiones beatas, quæ te beent, & opulentent, q; & precor subaudi fata immutabilis rerum series, meliora melior quam hactenus fuit, præstent, det tibi quietem, requiem perpetuã perennem. Huc asciscere potui multo plura de libertate, de seruitute, de vadimonijs, de gratijs, de cancro signo cælesti, quo pacto differant hymnus, canticũ, psalmus, ode: quid psalmodia, de musis nõ pauca, de thule, de torrida zona, quæ quia transfusa sunt in libros omne genus, illinc petat cui commodũ videbitur, equidem sic iudico, crambem toties repetitam ingenia bonis nata musis remorari lectione tot scriptorum nihil non interpolantium. Tabulam fere

bat Horatius lacerto suspensam, in quã transcriberet, quæ prælector dictaret optima, nũc pueris opus in manibus, cui ferundo sit opus ele phante baiulo. Quodq; sit molestissimo ferendum grauius, vt quicq; nouissimum est, ita puerilibus manibus teritur auidissime, priorum maiestas blatis, & muribus opicis bene cessit, nihil antiquis refertur acceptum, excutiunt Despauterium plures, Diomedem, Phocam, Priscianum nõ ita multi, plurimi scatent scopis, prætorijs, foris, are nis, theatris, amphitheatris, palestris, xænijs, neuis, spectris, empusis, prætextis, purpuris, cerussis, & vt finiam, voculis hoc genus sic de tortis nullam gratiam afferentibus, præter aures, vt satis mihi persuadeam, Ciceronem, & Quintilianum, si fuci tantum inseruissent orationi, vixdum liminaribus pagellis intellectos. Bene res habet, seruimus scænæ, luxuriamur cum organis omnibus, tum lingua procacissime. Pythagoram linguæ lasciuientis moderatorem optimum, si nunc surgeret philosophaturus, nisi nostratis mundi facetias petulantissimas ferret, totis plostris (quod aiunt) plenis, quid aliud, quam ranam seriphiam auditurum ducas? At nunc qui scateat flosculis, salibus, iocis, veneribus, adagijs, & vt sic loquar exucca verborum colluuione, censeatur non modo titulo tenus orator, sed & eloquentissimus, qualem seculum illud Ciceronis longe felicissimum, nedum nostrum nullum tulit. Fuit mihi quondam discipulus fortunato satis natus ingenio, qui nactus præceptorẽ aliquot punctis doctum, loquacior quã erat prius euasit: redijt ad nos, non tam salutandi, q̃ se venditandi gratia, nam mire sibi placebat, opinor. Salutauit tam modeste, quam qui modestissime, cœpit obstrepere, nam Rhomane mihi nescire videbatur, egit gratias vtcunq; pro beneficijs, quæ plurima contulissem, ingenue professus se mihi debere, quantum esset nunq̃ soluendo, cantilenam eandem occinens. Astabat ei socius, quicum vixisset contubernalis, vellicauit aurem, simul & fodit latus, bone Deus (inquit) quam mutus est præceptor quondam meus: quem hactenus suspexeram ceu asylum quoddam politioris literaturæ plusq̃ augustum. Sic erat affectus, vt crederet me stupidis auribus esse, nihilosecius quã vinctum lingua, quid obmurmuraris in aurẽ socij: quid instillaueris, plus satis accepi, verũ (inq̃) qñ nõ ex omni ligno mercurius, tu vicissim audi versiculos sibyllino folio, vel tripode Phœbeo certiores,

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.

Non sum, inq̃ mutus, at qm̃ legi Socratem locutum pœnituisse sæpius tacitum nunquam, sum pythagoricum miratus silentium, tibi relinquens Aium locutium, vanitatis præsidem, qui sic te linguacem reddat, vt illo superior euadas tanto, quantum tu me garrulitate vincis, Battus magis, quã mutus ego. Quod huius ergo recensui prolixius nõ admodum probans luxuriosæ battologiæ vanitatẽ, probaturus luxum verborũ in euangelio prouehendo vel nauseosum. Horũ vero temporum felicitatem in literis nõnulli sic cõmendant, vt ne pilo qui

dem priscorum felicitatem pluris faciendam existiment, opponentes etiam præfracte neotericos antiquis, id quod temere, iuxta ac impudenter, mihi facere videntur, nam contra reputando, si facultatum singularum velut elenchum quendam vetustatis rara monumenta singulatim enumerem, conuincam recentiores veteribus infinito cedere, verum ne dum recentium incesso Battologiam, nostrorũ temporum Rhetoricen, fiam ego quoq; loquaculus, Harpocratis monitis audiẽs digito labellum compescam.

P. Fau. Andrelini Secunda Ægloga.

ARGVMENTVM.

Ecce tu os fallax fugiendos curia mores
Expertus vero Ianulus ore refert.

¶Lolius, Ornus, & Ianulus interlocutores. Lo.



Anulus ecce redit dño modo lætus ab vrbe:
Obuius ipse ferar: mõstrataq; gaudia poscã:
Tu vigil obserua pascentes Orne capellas,
Ne forsan miles nostri populator agelli
Tristia damna ferat: nihil est a milite tutum,
Prodiga cui desit consumpti copia nummi.

¶Hypothesis est, Inhiant honoribus pleriq; omnes, quos assequũtur ditissimi quiq;, quibus curia sponte patet, pauperib⁹ ægre, qui siquã, do subeunt, promissis onerantur, pro labore ventos mercedem referẽtes. Docet itaq;, in curia virtuti locum nõ esse: labori premia nulla, tutius demum alia studia capessere, q̃ pendere de curiæ vultu.

¶Lolius Ornum sic alloquitur super Ianulo pastore. O pastor Orne ecce prÇter spem Ianulus pastor redit, let⁹ hilaris dño suo ad dominũ suum ab vrbe Rhoma: fortasse ipse ego Lolius ferar ibo obuius, q; & poscam, rogabo gaudia lætitiam monstrata monstratã, quam vult præ se ferre videtur, tu Orne obserua, diligenter intuere vigil attentus capellas æpolium, hoc est caprarum gregem, pascentes pascẽs abrodens & attondens hÇrbas videlicet & frutices, ne miles Martis cliens populator vastator prædator nostri agelli hoc est rei, quã agellus fert, ne venõ inquam, miles forsan forsitan ferat, afferat tristia dãna incõmoda tristiciam afferentia, Nã nihil est tutum, cui nõ emineat periculum a milite, præsertim cui militi desit, deest prodiga profusos & pdigos faciens copia nũmi cõsumpti per abusum profusi & impẽsi.

Si foret

Si foret hic Argus contento lumine custos, Or.
Inuia non melius reptantes saxa capellas
Seruaret: Loli vigilem decet esse subulcum.
Vade igitur tutus: ac pleno gaudia sacco
Intellecta refer, propior sed Ianulus instat.

¶ Ornus ait. o Loli si Argus ille oculis centum oculatus foret custos; æpolus caprarum quas mihi cõmittis, si foret Argus custos inquam lumine oculis, contento contentis a contendo hoc est in capras intentis, ipse Argus nõ melius, vtilius seruaret, pasceret, custodiret capellas, reptantes, superantes reptantium modo, saxa, scopulos, inuia inuios, subulcum porcorum custodẽ, decet, conuenit, esse vigilem excubitorem, attentum, sollicitũ gregis. Igitur ergo quia accurate, tuas capellas custodiã, vade Loli tutus, securus ad Ianulũ & refer, renuncia reporta, intellecta gaudia pleno sacco culleo. Sed Ianulus pastor instat, aduentat, propior satis prope.

Venisti tandem: num vilia Ianule rurã Lo.
Sordescunt postq̃ regalia tecta subisti?

¶ Lolius, o Ianule, venisti redijsti tandem post longiusculã moram, num, an rura arua vilia nõ ita multũ preciosa sordescunt sordida videntur, postq̃ subijsti, recepisti te, in tecta ædes, regalia rege dignas.

O felix Loli villa contente paterna Ia.
Securas quicunq; casas, & ruris amœni
Vernantes contemnit agros: vt magna sequatur
Atria: nodosas pro libertate cathenas,
Triticeoq; petit meliorem pane farinam.
Publica fama volat, multas q; regia curas
Sollicitata parit: nec fama est verior vlla.
Cum deprensa putas: arctis tunc lubrica palmis
Vota fluunt: tanq̃ liquidas anguilla per vndas
Labitur aufugiens, cum retia cassa fefellit.
Nec desunt promissa tamen: si nota reuisas
Limina: te retrahens intrantem ianitor arcet:
Et magnum causatur opus: tibi clausa moranti

O ſtia q̄ pateant millenus præterit annus.
Et d em um obliquus tranſuerſo lumine Cæſar
Reſpicit admiſſum, tacitoq́ immurmurat ore:
Auribus hunc pronis/vultuq́ exaudit aperto,
Qui ſua caudato veſtigia ſyrmate verrit,
Atq́ illum ſcalas primum comitatur ad imas.
Poſt modo vadit inops ſimulata fronte vocatus
Vertice nudato:labriſq́ trementibus orat:
Et flexo inculcat titubantia poplite verba.
Huic deus arridens magnis cum montibus ampla
Æquora promittit: ſed inania verba feruntur:
Nota ſit vt tacito manans ex ore repulſa.
Munera ſi qua dedit,queritur domus omnis:& acri
Rumpitur inuidia:præſenſq́ auertere numen
Nititur: & rabido tetrum vomit ore venenum.
Proſpera cui penitus flatu fortuna beniguo
Aſpirat.rara eſt niueis cornicula pennis.
Ac veluti cupidus fallacem piſcis ad hamum
Huc properat glomerata cohors: ſimilemq́ referre
Cogitat euentum: donec conſumpta iuuenta
Se videt irriſam: nec habet quo triſtia vitæ
Tempora ſuſtineat: iuſtoq́ affecta dolore
Incidit ante pilos extrema in funera canos.
Ipſa etiam ſtabulo mendica ſenecta relicto
Et nuda in palea moritur,nec ſicca petitis
Ora rigantur aquis.hic hic manet exitus illum
Qui rectum ſectetur iter: nec deuiet vnq̄.
Si cui tecta nitent fuluo radiata metallo,
Atq́ alto vicina polo; ſeu palpo doloſus,

Versutus seu leno fuit:seu proditor ater:
Sedulus aut magnam stillans delator in aurem
Vel solas ostentat opes:quas præbuit vxor
Omniuolo stuprata duci: vel tempore paruo
Quas cumulat rodens imas vsura medullas.

¶ Ianulus respondet,o Loli contente qui,[contentus es, villa, domo rustica in agris,paterna patris,felix diues,subaudi es,nã subaudi qui cunq quisquis & omnis qui cõtemnit,paruipendit domos ædes secu ras excludentes curas,& qui contemnit, vernantes virentes, fertiles agros,ruris villæ,amœni amabilis, vt sequatur magna ampla, atria ædificia,quales aulæ sunt,is inquã,petit catenas vincula ferrea,quib⁹ in catasta vincti serui tenebãtur,pro libertate,loco libertatis,q & is petit, quærit,farinã puluerem,annonæ vnde conficiat panem,melio rem pane triticeo triticaceo farraceo.Publica omniũ fama, rumor & consensus volat,circunfertur,q regia curia vbi respub.curatur,sol licitata,inquietata, lacessita, aut sollicite adita venandis honoribus parit parat,affert,multas nõ paucas,curas anxietates,nec vlla hoc est nulla fama,nullus consensus sermone diffusus est. verior, certior illa fama,quæ.est,q qui sunt honorũ candidati,illorũ ergo curiam adeun tes multis curis onerantur,ac premuntur:quod probo:nã vota opta ta desyderia fluunt,& elabuntur, lubrica labuntur,manibus e mani bus,arctis angustiatis & multum pressis,quũ quo tempore putas,cre dis deprensa,capta,fluunt inquam,tanq̃ velut anguilla piscis labitur, aufugiens ab incõmodo fugiens per vndas fluctus liquidas vitreos, cum fefellit dolo euasit,retia casses,cassa[vacuos,inanes,pertusos ta men si non captasti prædam optatã, nec nõ desunt promissa pollicita tiones,st reuisas,limina ;tecta nota frequẽtata,nã prima molestia est q ianitor ostiarius,retrahens retrorsum trahens te intrantem, arcet procul pellit te,& causatur in excusationẽ q non admittaris, affert, magnũ opus,quod forsitan fieri a curia mẽtitur,sic millenus pro mil lesimus annus præterit,exigitur prius subaudi quam,ostia clausa ia nuæ clausæ,pateant,patefiant tibi,moranti cunctanti, & demum tan dem Cæsar,rex imperator,obliquus oppositus in obliqua parte respi cit te admissum, in ædes receptũ,respicit,inquam,lumine oculo,trans uerso obliquo,q &,immurmurat mussat,ore organo vocis tacito,nõ aperto,at subaudi,Cæsar,exaudit auscultat,aurib⁹ pronis,propẽsis q & vultu facie aperto nõ tecta:exaudit dic o Cæsar hunc,qui verrit purgat,abstergit,syrmate lacinia togæ caudato,longa porrecta vesti gia pedum imagines,atq &,Cæsar comitatur,sequitur,vt comes il lum,forte præsidẽtũ aliquẽ,ad adusq, imas infimas, scalas cochleas. Postmodo deinde,inops vocatus accersitus,fronte simulata ficta,va dit ad regem,& orat,petit oratorio artificio honores, quos obtineat

potius pecunia, quā virtute, orat ergo inops, vertice capite, nudato aperto, ꝙ & labris labijs, tremētibus tremulis, & inculcat sæpe repetit verba, titubantia voces infirmas, poplite genu, flexo curuato, De Cæsar quē veneratur inops vt deum, magis etiam arridens huic inopi, serenam frontē præbens, promittit æquora iugera fundi ampla, vel melius æquora maria, cū montibus & montes: sed verba ferūtur, voluuntur, inania vana sine fructu. Ita vt repulsa petitorū denegatio, manans, difluens, ex ore tacito demissa voce constrepente, sit nota cognita, nō obscura, siqua munera, si quos honores Cæsar dedit, inopi, omnis dom9, omnis curia continēs pro cōtento, queritur, cōqueritur, querelas vomit, & rumpitur crepat, inuidia dolore, acri acerbo, ꝙ & tota domus nititur effli&im laborat, auertere, alio & ad aliū q̄ ad pauperem vertere, numen fauorem numinis præsentē, propitium dextrū. & domus Cæsaris vomit, reiectat, venenū, virulētiam maledicā tetrū atram ore organo vocali, rabido insano, cornicula volucris, nineis pēnis alis cādidis, est rara nō facilis repertu, cui corniculæ, fortuna dea ꝓspera fcđa, aspiret, faueat, flatu spiritu, vento, benigno liberali. Ac &, cohors multa turba, glomerata, densa, stipata: properat, accurrit, huc in curiā velut, vt ꝓperat piscis, cupid9 auid9 cibi ad hamū vncū piscatorium, fallacē decipere solitū, ꝙ & cohors quæ curiā petit, cogitat, reputat, referre reportare similē talem euentū, finem, exitum, fortunatum qualem tulit fortuito, qui curiā adijt, ergo cohors cogitat referre bonum euentū, donec quousꝙ iuuenta iuuenilis ætas consumpta exacta, videt, cognoscit, se irrisam illusam, nec habet, scilicet iuuenta bonū, quo per quod sustineat, toleret, ferat, quasiꝙ trāsigat, tristia tristitiā afferentia tēpora vitæ status vitalis, ꝙ & iuuenta affe&a, fere pressa dolore mœrore iusto merito incidit, venit in funera extrema in mortē, ante pilos capillos canos, ante iustum seniū, ipsa etiā quoꝙ senecta, senex mendica mendicus moritur, defungitur vita, stabulo, loculamento reli&o deserto misero, & moritur, senex curialis in palea nuda nullo te&a operimento, nec ora sicca arefacta rigantur, reficiuntur aquis lymphis, petitis quas petiuit sitibundus senex. hic talis exitus, vite modus: manet certo expe&at, illū qui se&etur, sequatur re&um, dextrū, iter honestum, vitæ modum, & eū qui nunquā deuiet, defle&at de via honesti vnquā quouis tēpore aliquādo. Vereor hic quicquā deesse, ꝙ si integrum est exēplar, sic ne&untur verba cū sensu, exitus infelix similis ei quē memorauit, manet probum virum, manet ab eo diuite, scilicet sicut diuiti te&a radiata illustrata metallo fuluo, hoc est auro, nitent, splendent: atꝙ sicut te&a vicina propinqua polo cœlo nitent, seu siue talis diues fuit palpo, adulator dolosus doliplenus, seu siue fuit versutus leno, puellarū deceptor, seu ater niger proditor, impostor, fraudator seu est sedulus instant delator, accusator instillans infundens spirans in aurem magnā magni principis, vel talis ostentat, ad ia&antiam ostendit, solas opes potentiam, cum virtu

tes nequeat,quibus vacat, quas opes diuitias, vxor ftuprata corru'pta duci ab duce omniuolo omnipeto, præbuit marito, vel oſtentat opes,quas vſura daniſtia,acceſſio ex ſorte:rodens exedens imas pro, fundas medullas cumulat, aggerat paruo nō longo tempore: ab illis ergo hoc eſt ab diuitibus,aut adulatoribus,aut proditoribus,aut lo cupletatis dotibus impudicarum cōiugum, aut etiam vſura ditatis, emīnet probis viris ſiquādo talib⁹ famulati ſunt, exitus miſerabilis.

Cur igitur tam lætus ades?cur dulcia tecum Lo.
Carmina fundebas?nunquid mutata fritillo
Alea ſuccedit,melioraq; puncta miniſtrat?

¶Lolius,o Ianule igitur ſi vt dicis,bonos manet malus exitus, cur ades venis tam lætus,cur fundebas,ędebas tecū apud te dulcia necta rea carmina:nunquid num alea teſſeraria ſeu cubica fortuna: mutata fritillo in melius verſa,ſuccedit,ꝓſperitatē affert,q; & nūquid mini, ſtrat ſuggerit puncta meliora,cōmodiora:alludit ad fortunā,quā va, riam aleones experiūtur:in fritillo.i. alueolo hoc eſt luſoria tabula: iactu cuborum ſeu teſſerarum quod idem eſt.

Iam triplex tranſiuit hyems: dum pendulus ipſe Ia.
Spe fruor incerta:dum vento paſcor inani:
Nunc votis lucere meis,nubeſq; fugare
Incipit obſcuras cœlo ſol clarus aperto:
Namq; ipſum paucis diuum donauimus hœdis
Gallica qui firmis moderatur legibus arua.
Hic me ſordentē menſa dignatus opima eſt,
Et propia ſeruire manu:conditaq; centum
Fercla modis poſuit: loculoſq; repleuit inanes.
Dixit & o paſtor ne craſtina Ianule cura
Te premat afflictum:primo cum vere volucrem
Argutam accipies:magalia ruſtica linque:
Et pete neglectis auguſta palatia ſyluis.
Namq; tuum aſpiciet melior fortuna laborē.
Hæc & plura reor numen maiora daturum
Nam rata verba facit,tetrica ſed ponderat omnes

Lance viros Loli:ſcandendaq́ ſydera dicit
Paſſibus alternis:& tempora munere penſat.

¶ Ianulus reſpondet.iam triplex hyems, tres hyemes tranſiuit: præterierunt,dū quo interea tēpore ipſe ego pendulus expectans fruor, vtor ſpe expectatiōe incerta dubia :& dū paſcor foueor,nutrior vēto promiſſione inani vana.nunc ſol clarus manifeſtus incipit lucere afful gere meis votis deſyderijs,q́ & fugare,pellere nubes obſcuras atras ſol inquā,clarus viſibilis cœlo aperto recto, nanq́ quia donauimus, ornauimus paucis hœdis,hoc eſt nō multis ſcriptis, in quis ſermo de hœdis eſt,ipſum diuū,cancellarium qui tunc erat,ni fallor,intelligit, qui diuus quiſquis is fuit,moderatur,regit legibus inſtitutis firmis arua gallica, Gallos ipſos:hic diuus dignat⁹ eſt,dignū fecit, me ſordē tem vilem menſa ferculis opima lautis, & dignatus eſt ſeruire, miniſtrare propria nō aliena manu,q́ & poſuit, appoſuit fercla, ſyncope cōdita curatą centū modis, vijs,q́ & repleuit,infercijt loculos,crumenam inanes vacuā,& dixit,o Ianule Cura craſtina de craſtino ne premat,grauet,ſolicitet te afflictum, cōcuſſum,cū accipies auem Luſciniā,primo nouo vere,linque magalia tuguria ruſtica, & pete veni ad auguſta augurio conſecrata palatia,neglectis ſpretis ſiluis:nāq́ quia melior ſecūdior fortuna dea aſpiciet penſabit aſpectu,miſerando tuū laborem tuū ſtudium,ego reor,duco,numen illum diuū daturum oblaturum:hæc & plura:nā facit verba rata firma: ſed o Loli ponderat pendit omnis viros lance examine iudicio tetrica ſeuero, q́ & dicit ſydera,lumina illuſtria eſſe ſcandenda ſuperanda paſſibus laboribus, quos paſſibus obeas,alternis alternatim tibi modo, nunc alijs ſuſceptis,& penſat,ſarcit tempora temporum vices,munere beneficio.

Molis inacceſſæ ſi ſumma cacumina prendas, Lo.
Fac clauum infigas validum: ne verſa reuoluat
Sublimem fortuna rotam:prenſamq́ voluto
Crine deam teneas:ſudata peculia debent
Cauta mente regi:fumantia culmina cerno:
Viſam ego dimiſſas ſaxoſa in rupe capellas.

¶ Lolius,o Ianule ſi prendas capias ſumma ſuprema cacumina, faſtigia molis montis magnitudinis inacceſſæ vix acceſſibilis,fac,da,operam, infigas profunde imprimas, validum acrem & firmum clauum vncum trabalem,vng croc,ne fortuna verſa mutata,reuoluat retrorſum voluat,rotam ſublimem ſublatam, q́ & teneas deam fortunam, prenſam crine voluto complicato: vt ablatiu⁹ regatur a verbo teneas peculia bona ſudata cum ſudore parta,debent regi mente cauta pro-

l a ratione, ego cerno culmina tecta domorum fumantia fumum ex
lantia, visam, ibo visum capellas dimissas in rupe saxosa.

P.Fausti Andrelini tertia Ægloga.

In hanc Æglogã aliunde prælector mutuabitur, quæ hic mi
us infulcimus, quid curia, decurio, decuria, Cæsares vnde di-
i. quid syrma, quid palpo, quid leno, quid delator, quid vsu-
, quid sors, quid alea, quid fritillus, & obiter de ludo tessera-
o, de talario, quid mensa, quid ferculum, postremo quid for-
ına, quid peculium, & peculatus.

ARGVMENTVM.

mmiti raptus defletur morte Menalcas:
Sparsaq; mentito fama sinistra sono.
Coridon & Lycidas interlocutores.



Eus heus o Lycida tacito q̃d sol⁹ in antro Co.
Dulcia contemnis festi consortia pagi:
Consona dum latos exercet fistula cantus?

¶ Pastores loco captato recitant vterq; Lycidas Coridoni, celebris cuiusdã pastoris gloriã, vicissim quoq; Coridon, per quẽ poetã intel ligo. Lycidæ narrat duos pastores conatos obruere suã ipsius famã. ¶ Coridon auspicatur, heus heus reuocandi particule: o Lycida quid cur tu solus in antro tacito silenti contemnis, despicis cõsortia eiusdem sortis sodalitia, dulcia delectabilia: pagi vici festi iucundi, dum fistula consona non dissonans exercet, studiose dat cantus lætos lætificantes.

Improba ne rerum quæ sit fortuna mearũ Ly.
Mopse petas: veterum seriem meminisse malorum
Nostra recrudescit maiori plaga dolore.

¶ Lycidas respondet, o Mopse pastor Mopso vati componende, ne petas, quæras, quæ qualis sit fortuna infelicitas improba grauis, im probãda mearum rerum bonorum meorũ, simul & negociorũ: ne pe tas dico, nã nostra plaga nostrũ vulnus recrudescit, augetur maiore grauiore dolore, meminisse repetere memoria, seriem continuatio nem veterum malorum incommodorum.



An tua flagranti traiecit viscera telo Co,
Ille deus, curis qui dulcia miscet amaris
Gaudia: qui certo semper domat omnia cornu?

¶Coridon quærit, an ille notissimus deus amoris Cupido traiecit sauciauit penetrando, telo face flagranti ardenti tua viscera, carnes deus dico, qui miscet admiscet dulcia gaudia amaris: scilicet rebus qui deus Cupido domat, mansuefacit semper omnia, cornu arcu, certo ineuitabili, quo fingitur vti.

Heu nimis vrgenti grauioris pondere molis Ly.
Opprimor: & damnum nullo reparabile casu
Conqueror: & crebris trita est spelũca querelis.

¶Lycidas respondet, heu opprimor oneror nimis supra modũ pondere grauitate vrgenti, prementi pondere molis sarcinæ oneris grauioris, grauis: & cõqueror, querelis explico damnũ, incõmodũ nullo casu rerũ fortuito euentu reparabile reparandũ, vulgariter satis vsus est poeta vocabulo casus, et spelunca antrũ, trita cõtusum, Hyperbolicos, querelis crebris continuis densis.

Eia age prome graues imo de pectore curas, Co.
Dum mea pascuntur lætos armenta per agros:
Dum saltat comprensa cohors: dum libera mens est.

¶Coridon rogat quid sit, dicens o Lycida eia age particule hortantis, prome, trahe, produc, curas graues prementes de pectore de sinu imo, secreta, profundo, dũ quo interea tẽpore: mea armẽta maiora pecora pascũtur, pastũ sumũt per agros cãpos lætos pingues opimos, dum cohors: sodalitas melius sodalitium: conuenticulum. comprẽsa comprensum saltat tripudiat aiunt, dum mens animus est libera non est curis obrutus.

O te felicem saturas cui pinguia reddant Ly.
Prata boues: liceat festa cui semper in vmbra
Mollia securos traxisse per otia soles.

¶Lycidas. o te Coridona felicem, fortunatũ intellige, si vis, dico, cui in cuius commodũ prata pinguia læta fertilia reddant, efficiant boues vaccas saturas pastu plenas, te Coridona felicem dico, cui liceat, detur traxisse, exegisse, in vmbra festa iucunda soles dies securos liberos, a curis vacuos per otia per quietem.

Non minus afflicto magnos sub corde dolores Co.
Ipse premo:rumpuntqꝫ meum suspiria pectus:
Sed tenui tristes solamur arundine casus.
Versibus alternis tamen astra infesta queramur:
Aduersosqꝫ deos,& lamentabile fatum:
Nam grauis anxietas vario sermone leuatur.

¶Coridon.ipse ego premo,occulto sub corde non minus afflicto cõcusso:labefactato,quasique icto magnos dolores,qꝫ et suspiria gemitus rumpunt,dissecãt meũ pectus.Sed solamur,quodam modo reficimus quodam solatio,puta arundine tenui hoc est cãtu fistule tenuis, & subtiliter cõpacte solamur,tristes casus infortunia,tũ quãuis solor casus meos:o Lycida queramur,queruli canamus, versibus modis alternis alternatim & per vices dictis astra,infesta contraria, & vim inferentia,qꝫ & deos aduersos minus presentes & fatum incommodũ fati,lamentabile lamentis afficiendũ,queramur dico,nam grauis molesta anxietas afflictio leuatur, leuis fit, sermone colloquio vario de varijs rebus facto.

Postq̃ igitur tantus nostros audire dolores Ly.
Ardor inest:socijqꝫ iuuant commercia luctus:
Hæc preme muscosi natiua sedilia saxi.

¶Lycidas.igitur o Coridon postquam tantus tam vehemens ardor desyderium inest tibi Coridoni,audire nostros meos dolores,quæ et postquã cõmercia cõmunicationes socij luctus mœroris cuius es particeps,iuuant,recreant te,o Coridon preme,occupa quæ sedẽdo graues premas,& oneres,hęc natiua sic naturaliter nata sedilia plurale pro singulari saxi muscosi musco obsiti.

Non ita fontanum sitientia prata liquorem Co.
Affectant:nimio scissa est cum terra calore:
Quã placet hæc sedes communibus apta querelis.

¶Coridon ait,o Lycida prata sitientia liquorem appetentia non,ita non sic affectãt,auide petunt,liquorem aquam fontanum fontis cum quñ terra est scissa hians,nimio calore æstu non ita nõ tantũ prata affectant aquã,quam quantum placet mihi hæc sedes,hic locus apta accõmodus querelis questubus cõmunibus socijs vtriqꝫ nostrum.

Venerat huc magnus germanis pastor ab agris, Ly.

Quos rapidus gelida Rhenus circunfluit vnda:
Siue pyrum insereret: solidos seu verteret agros.
Seu teneras vites, paruas seu poneret vlmos.
Non fuit in toto maior solertia campo.
Summa quidem laus est: sed adhuc maiora supersunt
Heu lachrimis memoranda meis: hic carmine dulci
Attonitas traxit tygres: syluasq; comantes.
Non ita pulsantem rupes Parnasia Phœbum,
Orphea non Rhodope sensit: non Pana Lycæus.
Hic mihi cælestes motus, caussasq; latentes,
Morigerasq; dedit: crassumq; ex corde veternum
Expulit agresti: sed non sine munere certo.
Littore q̃ myrthus gaudet, q̃ vitibus vlmi:
Mutua tam nostrum commercia fœdus habebat.

Lycidas orditur sic, pastor egregius et magnus venerat huc, ad nos
ab agris germanis Germaniæ: quos Rhenus fluuius rapidus pernix
et multa secum rapiens circunfluit labendo circũrigat vnda gelida
frigida, magnus pastor dico: siue insereret insitioneq; bonã faceret pi/
rum prius syluestrẽ, seu verteret, subigeret agros solidos pingues,
seu poneret, plantaret, propagaret, vites stirpes teneras, seu paruas
vlmos, in toto campo: pascuo loco, non fuit maior solertia, artis indu/
stria, quidem ne mentiar, laus est summa maxima, sed maiora præco/
nia supersunt, restant. Heu dolentis restant, memoranda, narrãda cũ
subaudi lachrimis meis, hic pastor traxit ad se, illexit dulci carmine
ode dulcora tygres, feras attonitas stupidas cantu, q; et traxit syl/
uas comãtes comam & frodem habentes. Hoc hyperbolice vt Vir/
gil. de Orpheo. Rupes parnasia cyrphis in Parnaso Phocidis mõte,
nõ ita nõ sic sensit, nouit, percepit, Phœbum pulsantem chordas cy/
tharæ. Rhodope Thraciæ mõs non ita nõ tam blande sensit Orphea
canentem. Lyceus Archadiæ mons nõ sensit Pana deũ Archadiæ ita
pulsantẽ, vt pastor pulsabat, qui venerat ab agris Germanie. Hic di/
ctus pastor dedit mihi, docuit me motus cœlestes, cœlorum, q̃ et cau
sas motuũ latentes occultas, quæ et morigeras obsequẽtes, quasiq;
mihi seruientes, ancillantesve, q̃ et expulit, eiecit ex corde agresti
rudi veternum somnum crassum saginantem. sed nõ sine munere præ
mio certo præfinito, nostrũ fœdus nostra amicitia fide sacrata, habe/

bat cõmercia,cõmunicationes tam mutua alterius ad alterum,quam quantum myrthus gaudet,læta est, littore maris ripa,et quam vlmi gaudent,subaudi vitibus stirpibus.

O qualem eximio laudem sub corpore iactas: Co.
Quã vellem tantus gracilis moderator auenæ
Mulceret nostras optatis cantibus aures.

¶ Coridon optat talem audire dicẽs: o qualem quã gloriosam laudẽ ex factis famã iactas,dicis esse,quasiq; latere sub eximio non vulgari,corpore:quã quãtum vellem, optarem,tantus moderator modulator,auenæ tibiæ gracilis tenuis,mulceret,leniret,oblectaret,nostras meas aures cantibus modulatis camœnis optatis expetitis.

Ille senex vtinam vocalia solueret ora: Ly.
Non mea demissos ceruix inculta capillos,
Exangues nec barba genas prolixa teneret:
Nec gemerem solo tam tristia fata sub antro.

¶ Lycidas,vtinã ille pastor senex prudens vt senili prudentia possit præditus videri,solueret,laxaret ora vocalia nõ muta,quod si faceret,mea ceruix meũ collũ,inculta horridum:inornatũ:non teneret,haberet capillos ,demissos,prolixos propendulos, nec barba prolixa prominula teneret,haberet genas pro malas exangues luridas,pallidas,præ mœrore:nã capillos corona colligerem, et forte pigmento faciem fucarem,Nec gemerem,lamentarer,sub antro.spelunca solo deserta mea fata incõmoda tristia,quæ mihi tristitiam afferunt.

Quis notus infelix,subita quæ grando procella Co.
Importuna ruit?quæ sors tam dira secuta est?
Sopitis heu muta sonis nunc fistula torpet:
Deflet & artificem crudeli funere raptum:
Vnica quod rapuit patrio solatia ruri,
Non laurus Phœbo,non illic bacca Mineruæ:
Non Cereri messis gignit:non vitis Hyaccho:
Nudaq; ieiunis dumescunt arua colonis:
Vnde manet tali signatus carmine cespes:
Orbati extinctum pastores flete Menalcam

Cantibus argutis, victus cui cessit aedon.
Heu fuerat tantus maiori pastor arista
Dignior: inuicta resecat mors improba falce
Omne genus: veluti fœnum per prata resectum
Tonsa iacet: nudos aut messis cæsa per agros.
Si foret hic superas vllis reuocandus ad auras
Fletibus: aspiceres oculis manantia nostris
Flumina: sed quoniam non est reuocabilis illis,
Desine plura queri: nostros simul accipe casus.

¶ Coridon quærit de tanti pastoris exitu, dicens. quis notus auster infelix infelicitatem afferens, quæ grando, calamitas importuna, noxia ruit, procella per tempestatem tam subita tã subitam, quæ fors, euentus fortuitus tam dira tam dirus sequuta est venit, intercessit, heu dolentis' fistula muta non sonans torpet, desidet, iacet contẽpta sonis sopitis pressis sepultis, & deflet, plorat artificem musicũ raptũ correptum funere morte crudeli acerba, ꝙ quia artifex rapuit, eripuit solatia vnica, rara, singularia, ruri, villæ patrio patriæ, laurus Apollim sacra: non gignit, profert Baccas Phœbo, bacca olea, fructum posuit pro arbore olea Mineruæ sacra Palladi: nõ gignit illic, in illius pastoris patria, messis aresacta seges, non gignit Cereri deæ frugum, vitis Baccho sacra. non gignit hyaccho. Babactę, ꝗ et arua nuda priuata colonis ieiunis famelicis dumescunt, dumis vestiũtur, eius præsentia terris felicitatem, at interitus sterilitatem affert. vnde ex quo cespes herbida terra, manet, stat signatus insculpta tali carmine epitaphio. Pastores orbati priuati optimo artifice: flete Menalcã, eũ sic dictũ extinctum defunctum: flete dico, cãtibus argutis sonoris, cui Menalce ædon musicus ille: de quo (nisi fallor) apđ Senecã in agamẽnone victus cessit, dedit locũ. heu tãtus pastor fuerat dignior, dignus, maiori arista longiore vita. Mors improba: dura resecat, amputat omne genus hominum, veluti quẽadmodũ fœnũ iacet, prostratũ est, resectum falcatum aiunt quidam, iacet dico, per prata tonsa, aut veluti messis cæsa, demessa iacet per agros nudos spoliatos: si hic pastor huiusmodi foret, esset reuocandus reducendus vllis quãlibet modicis aut alijs etiã fletibus, aspiceres, flumina fluxus lachrymarũ manantia fluentes oculis nostris: sed qm̃ quia pastor Menalcas nõ est reuocabilis illis lachrymis, o Lycida desine, supsede queri, vt querulus plura dicere, et simul positum videtur pro vicissim, aut pariter accipe, intellige nostros casus mea infortunia.

Dic prius ex alto q̄ sol declinet olympo. Ly.

¶ Lycidas iubet socium pastorem recitare, quid sit, quo mœreat, di-
ens. o Coridon dic casus tuos, prius ante quam sol declinet, descen-
at ex olympo celo alto,

pse ego viuebam Gallis securus in agris Co.
Tempus agens placidum: campi nam sola colendi
ura erat: austerum cantu solante laborem:
tq; meas seruare boues: & solibus ijsdem
is multram expressis spumantem implere papillis.
ostra palatino donata coagula phœbo
rata quidem fuerant, vultuq; accepta sereno:
ec spretum est tereti meditatum carmen auena.
escio quis pastor tumido fuit aduena fastu
bscura de gente satus: quem paupere cultu
xcepit coniunx scorto generata salaci.
ic quia carmen inops stipula stridebat inani
uidus: & nostra macrescens laude, furensq;
redula seduxit pastorum corda malorum,
t mea sanguineo laniarent corpora ferro.
eu nullo aspiceres tam spissa foramina cribro
ulnera, quot misero crudelia corde tulissem:
i placida incensos sedassem voce tumultus.

Coridon refert: ipse ego Coridon viuebam, degebam in agris gal-
s Galliæ securus sine cura agens exigens, tempus placidum nō tur-
idū, nam sola cura solicitudo campi colendi, et hoc cantu, voce ar-
tici solante laborē austerum, asperum & durum: hoc est fallebam
antu, laborē atq; cura seruare custodiendi meas boues, et implere
plēdi bis isdem pro ijsdem solibus diebus mulctrā situlā vocat no-
rate vulgus spumantem expressis papillis mām̄is vberibus: nostra
oagula, casei molles fuerant grata, accepti Phœbo palatino cæsari
ugusto, qui se pro Apolline gessit, ad eum alludit, alium cæsarē ni-
irū intelligēs, qd scire si cupis, pete vmbrā Faustinā, nostra coagu-
fuerant, accepta ab imperatore palatino palatiū in palatino colle

colête:nec carmen meditatū,exercitatum tereti rotūda auena fiſtula auenæ:fuit ſpretū,cōtēptū. Neſcio quis paſtor aduena:externus fuit faſtu tumido, ſuperbia tumida ſatus:creatus de gene familia obſcura ignobili,quem poetaſtrū coniunx vxor generata ſcorto a lupa ſalaci immunda excepit,hoſpitio accepit,quē,illum cultu paupere habentē pauperē cultum:hic ignobilis inuidus liuid⁹ q̄a ſtridebat, ſtridule canebat carmen inops aridum,neq̧ elaboratum,ſtipula calamo inani vano:& macreſcens,noſtra laude fama de factis,q̄ & furens ſeduxit,in errorem traxit,corda credula,facilia ad credendum,corda malorum paſtorum ſeduxit ille malus malos, vt mali paſtores laniarent,lacerarent mea corpora ferro gladio ſanguineo,pro cruēto,aut etiam vt me Fauſtum ſeu Coridona enecarent, Heu dolentis niſi ego Coridon ſedaſſem,mitigaſſem tumultus vulgo mutinationes incenſos,excitatos voce placida,miti o Lycida aſpiceres, cerneres nullo cribro in cribro tot foramina tam ſpiſſa,quot & quantum ſpiſſa vulnera crudelia tuliſſem,corde in pectore miſero.

Proh ſcelus infandum,diuerſa in fruſta ſecandus, Lyc.
Gutture ſeu fixo per compita cuncta trahendus
Perfidus ille foret:res eſt Dījs acta ſecundis:
Quod non ipſa tuo rubefacta eſt terra cruore.

Lycidas inde teſtationem facti ſic ait,proh,o ſcelus nephas infādum abominandum,ille perfidus ſceleſtus foret, eſſet ſecandus laniādus in fruſta,partes diuerſa diuerſas, &·ſparſim proijciēdas,ſeu ſiue trahēdus vnco per cūcta omnia cōputa quadrinia vicorum vrbis:& hoc gutture fixo trāſfixo vnco,de quo genere pœnæ ſatyricus,res cōiuratio ſuſcepta eſt,acta Dījs ſecundis fautoribus,quod terra tellus nō eſt rubefacta tincta tuo cruore ſanguine,

Ecce alius rabido,ſed adhuc incognitus ore Co.
In caput hoc latrat:commentaq̧ turpia fingit:
Nam me nuda refert manibus poſt terga ligatis
Pariſījs arſiſſe rogis:q̧ ſancta deorum
Numina ſpreuiſſem:falſoq̧ infamia teſte
Auxiliata viret:mentitaq̧ crimina vulgat.
Inde fuit populatus ager,raptumq̧ ſacellum:
Quo tenuis quondam ſeniorum vita parētum
Suſtentata fuit:grauidas heu vendere vaccas

Cogor: vt Ausonios mittam Melibœon in agros
Aere grauem multo: ne ficta iniuria labe
Ignorata fluat: nec iniquo iudice damner
Et templum admissum reparem: mœstosq; parentes.
Afflictamq; domum soler: dum talia narro,
Vox & lingua cadit nimio supressa dolore.

¶ Coridon aliud malū citat, dicēs ecce: o Lycida alius pastor alter, sed adhuc incognit⁹ ignotus latrat, baubatur ore rabido rabie percito in hoc meum caput, q & fingit, comminiscitur commenta vana quædā figmenta turpia Nam refert me arsisse, absumptū esse rogis Parisijs, manib⁹ ligatis vinctis post terga nuda, nudata, q spreuissem contempsissem numina sancta sanctas vt dicunt potestates Deorum, diuorum q & infamia demigratio auxiliata aduita adaucta teste falso: viret, crescit, viget, q & infamia infamator denigrator vulgat, publicat crimina mentita, ficta: inuenta: & contra mentem excogitata: inde deinde post tāta mala ager fuit populat⁹, vastatus q̄ & sacellū cella diuorum alicui consecrata fuit raptum, spoliata: quo sacello hoc est cuius prouentu vita vitale corpus parentum seniorum grādæuorum fuit quondam aliquando sustentata, sustentatum, heu dolētis cogor, compellor vendere vaccas grauidas, fœtum gestantes, vt mittam Meliboeum in agros Ausonios, Meliboeum dico, grauē oneratum multo ære multa pecunia, ne iniuria ignorata ignota meis iudicū decuriæ fluat, manet latius labe macula & mendacio ficta commenticia non vera: nec & non & vt non damner, peragar reus, iudice ab iudice iniquo nō æquo, maxime si ignoret verum, & vt reparē, instaurem, aut certe recipiam, reciperem templum amissum, et tunc quod supra dixit, raptum, non spoliatum, sed ereptū, & ablatum exponendū esset, ergo Meliboeum mittam, vt reficiam parētes mœstos, tristes: q & vt soler reficiam solatio domum familiam afflictam, agitatam, dū narro talia, miserias meas, vox & lingua cadit, deficit suppressa pene prostrata nimio dolore.

Non mala durabunt tanti contagia morbi: Ly
Sed penitus conuulsa ruent: ceu montibus altis
Nix aliquando ruit tepido resoluta calore,
Si modo sollicitos oculis Deus aspicit æquis:
Forsitan auctorem falsi rumoris iniquum
Ignea pœna manet: nullius conscia cupæ

Pectora solentur:speculo conspectius ipso
Verum Mopse patet:communia verba fatentur
Nulla latere diu vanæ mendacia linguæ.

¶ Lycidas solatur sic Coridona dicens,contagia inquinamenta mala noxia tanti morbi vitij detractionis non durabunt,diu manebunt sed ruent,cadent penitus conuulsa stirpitus eradicata ceu sicut nix resoluta liquefacta calore tepido ruit,excurrit aliqñ mõtibus altis, ruent ergo contagia,si modo deus aspicit,videt oculis æquis, quos æquus habet,sollicitos afflictos: aliqñ pœnã infligit ante admissum nephas,interdum cõuiuere videtur:sed ad tempus,sequitur forsitan pœna punitio ignea ignis manet ventura est ad autorem falsum,fallacem & vanum rumoris sermonis falsi deceptorij. Subijcit egregiam sententiã,nempe qualem Horati⁹ in epistolis, Hic murus Aeneus esto Nil conscire sibi nulla pallescere culpa. Sæpe etiam Hieronymo repetita,quã si fixam animo tenerent,qui vel minima titillãtur offensa,nõ certarent conuitijs retaliare propudiosis:libellis etiam in hoc æditis melius sibi patientiam indulturi,iniuriam vel leuissimã tantum timẽtes:vltorem deũ maximũ, quantum aquilam quondã in conflictu deterruit scarabeus. Est ergo Lycidæ sentẽtia:pectora animus nullius culpæ labis delicti conscia conscius solentur,soletur solatium afferat tibi Coridoni.o Mopse bone vates qualẽ perhibent quendã Mopsũ fuisse:verũ veritas patet aperitur & radices parit: vt ait ille Rhomanus Demosthenes:patet ergo verum,conspectius manifestius ipso speculo:verba cõmunia publica & quæ omnium ore teruntur fatentur, testantur nulla mendacia hoc est ipsum,falsum linguæ vanæ mẽdacis latere,occultari,tegi,sepultum esse diu.

Scis bone,scis Lycida cum festa palilia fumant, Co.
Ad sacra quod dederim bifores altaria cantus:
Scis opus assurgens: veræ quod pandit opertum
Relligionis iter:cœptum si quando laborem
Exequar:inuitus rumpetur liuor,& atros
In sua conuertet dentes, & viscera morsus:
Vt canis in se se dentes rabiosus acutos
Acriter obuertit:postq̃ seuire negatum est
Corpus in externum:vanasq; latrauit in auras:
Sed reliquum properans sermonem intercipit hesper:

Et satu:

turas ad plena boues præsepia cogit
ere, quod superest cum crastina fulserit hora,
ipies: iam iam cæco surgamus ab antro.

oridon memorat cultum, quē exhibuerit Dijs, & opus in diuorū orem cœptum, tantū abest vt diuos contempserit, id quod aduer falso iactabant: igitur ait. o Lycida scis, scis cū festa parilia quē ilia Pali pabulorum & pastorū, dex fumant, quot cantus modu s sonos, bifores referentes duo foramina, vnde prodibāt, dede diffuderim, ad sacra altaria, scis opus sacram ædē, assurgens quæ llitur. quod quæ ædes pandit aperit iter viam veræ religionis ve ltus, opertū tectā & occultam. Nam sic plærique putant cōducere imū pietati, diuis extruere delubra, polire marmora, quæ speciem rdum adeo pudēdā indicant, vt scœnici, satyri etiam quālibet ob ni: si detur mimis: hoc est gesticulationibus repræsentanda, nullo ant adduci precio vt sic obscœne referant: addūtur diuis insignia ua cuique: sed quæ placeant autoribus: quorū decretis & præscri arte fraudata pictores & statuarij parere iubentur: sic simulantur ro claues, ensis Paulo, culter laniatorius Bartholemæo: deum tu rem habent lanij: lanionem forte fuisse dicunt, qui solus in Apo is antiquis natalibus ortus esse putatur: datur Iacobo pedū: alijs : licentiosius pictores, nō diadema, nō mitram, nō tiaram, nō gale , non caunsinā, nō petasum, nō hybernam cucullam, nō capitium: trorum temporū imitantur in diuis delitias, piladium exprimunt gānter: addunt petalū, quod pro plomardo nunc intelligas: sed o um barbam propexam affingunt felicissime. Quod ad reliquā ve s choragij speciem si nescis, diuos cōsule: nihil habuit scæna quod ydeteretur, simulantur hæc omnia. Nōne religiosius: qui nihil simu diuis ferunt, talarem togam Iuoni & purpuream, Roberto cucul m cum pulla lena. Ioannē Baptistam nō spolijs tegunt ca. elinis. t Iacobo togam viatoriam, mantellū vulgo dicitur, Bombicinā busdam, intertextā signis etiā, pileū capiti: sed quale nunc Galli imus, nō desunt qui cymatilem, offerunt scutulatam alij, qui vilissi m laneam ferunt, vix litare creduntur: quibus nec ita multo post r texentur indusia linea, forsitan & Braccæ: quandoquidem quæ tia currum, armorūque fuit viuis, eadem manet tellure repostos hæc nauseam. Pergit Coridon: si exequar perficiam, deducam ad finem orem cœptum, liuor liuidus rumpetur discindetur, inuitus si vel lit, & conuertet atros veneficos dentes & morsus in sua viscera: vt nis rabiosus rabie plenus obuertit, vertit acriter acerbe in sese den acutos, postquam negatū est nō datū est cani rabido sæuire, sæuitiā ex care in corpus externū, quia & postquam latrauit in auras vanas in aerē cuū vt vulgo creditur: sed hesper pro vesper stella properās inter

cipit, aufert reliquum qui superest sermonem, & cogit ducere boues saturas ad plena præsepia. o Lycida accipies, intelliges quod superest: quum vbi crastina hora hoc est aurora, fulserit: surgamus iamiam nunc maxime ab antro, cæco tenebricoso. Breuior in hanc quoq; forsitan fui quam vt puerilibus ingenijs fecerim satis de festis dicturus cõmode, si licuisset de Cupidine deo, de saltationibus, deq; flaticulis de insitione, de fœdere, de pomo, de malo, de nuce, de bacca, de acinis, de epitaphijs, de vnco, quo noxij vel etiam insontes, pro Cæsaris libidine trahebantur ad scalas gemonias, de sacro, de prophano, de religione, de palilibus, deniq; de noctis & diei partibus: quæ vestigaturis faciliora repertu duxi, quã vt hic insulcirem, huc accedit, quod mihi pestilitatis causa rusticanti, cũ musis nõ satis bene conueniebat, cũ gratijs nihilo melius: nam nõ me rure tenus comitatæ sunt, se dignius facturas existimantes, Pallas quas condidit arces ipsa colat.

P. Fausti Andrelini Ægloga quarta.

ARGVMENTVM.

Cantatur victor certanti Carolus ore:
Atq; noua Gallus coniuge gaudet ager.

¶ Cædrus & Laurus inter se Pino iudice cõtendentes Carolum octauum Fancorũ Regem, & Annam eius vxorem certatim extollunt.



Aure quid absentẽ tumida me voce lacessis? Cæ.
En adsum intrepidus: nec bella indicta recuso
Garrulitate tua: toruo quid lumine Cædrum
Respicis instantem? fumo non terreor illo
Quem lagana emittunt paleis feruentia tostis.

¶ In hanc Aeglogã cui poeta prętexuit tam disticho, quam liberiore sermone argumentum, nihil afferam præter verborũ texturam, quam expressit magis quã exegit, ex nobis, cuius gratia hunc laborẽ suscepimus. Igitur Cædrus Laurum æmulũ sic aggreditur. Laure pastor, quid cur lacessis, prouocas quasiq; laceras me absentem, quod est detractionis indicium, voce tumida sublata, qua plurimum superbi valent: en ecce adsum intrepidus, nõ concussus, nõ recuso, abnuo bella indicta garrulitate tua loquacitate, Laure quid cur respicis, lumine

ne paſtorem Cædrum inſtantem propius venientem: ego non
-,ſtupeo, timidus ſio,illo fumo vento vapore quem lagana ſor
ella feruentia paleis toſtis vſtis emittunt,efflant,

a ſi fulgens in tempora vertitur aer Lau.
irum eſt:viſo cum capra hæc marcida fœno
da irritet religatum cornua taurum.

rus ad illa ſic.ſi fulgens lucidus aer vertitur,mutatur/in tem,
bila caliginoſa,nil nõ eſt,mirum cum quando ita eſt ꝙ hæc ca
rriada/attenuata/ſtrigoſa,viſo fœno poſt viſum fœnum irritet
t taurum religatum vitanda cornua,hoc eſt habentem religata
vitanda,capram marcidam Cædrum Laurus appellat,ꝙ vt ca
a eſt macilentia peculiaris:ſic Cædrorum quædam ſiccitas, at/
ur nõ ſtolonibus,nec ramuſculis more cæterarũ fruticãtes.

s raſa pecus crepitu ballare trementi? Cæ.
uibus calamis libeat,ſeu voce ſonora:
gili ſaltu:aut forti certare palæſtra,
aculo celeri:iam iam mora ſegnis abeſto.

rus.o pecus raſa detonſa audes,an audes balare crepitu ſono
i tremula voce miſſo puta behe ehehe,crepitat Laur⁹ vehemẽ/
aduritur, Laurus item tondetur,& purgatur ad ſpeciem, &
Cædrus alludens laurum raſam vocat,magnæ ducũt iniuriæ lo
rates tonſi/qñ dicuntur vulgo/les peles & tondutz /ineptior
is ſcio nimio plus puer/tantum non infans/ſolando nugis triſti
quã affert exilium grauiſſima duriorẽ. Sequitur audes balare?
egnis quæ ſegnes arguit/iam iam nunc/maxime abeſto abſit
t, ſeu ſiue o Laure libeat certare leuibus calamis/fiſtulis ſeu
onora/hoc eſt cantu vocali/ſeu libet certare/ſaltu corporis ia
ili/qui agilem teſtatur/aut lubet certare palæſtra forti/quæ ro
n exigit aut celeri veloci iaculo ſagitta.

nta infelix opprobria victus habebis: Lau.
ia ſi fuerint præſenti emiſſa duello
nclusa ſinu:cerebroꝗ repoſta profundo.

rus.o Cædre infelix quanta quam magna opprobria ignomi/
bebis/feres victus a me/ſi omnia tæla incluſa in hoc meo ſinu
e fuerint emiſſa/euibrata/torta/duello bello præſenti/non di/
oteſt alter eſſe ſenſus/hic placet/feres opprobria/ſi omnia re/
condita cerebro profundo fuerint/emiſſa bello præſenti.

Scilicet occulti cerebroso in vertice grylli, Cæ.
Innumerusq; sinu cimex manabit olenti,
Spurcius aut animal,passu cui plurimus arcto,
Seu pes digna dedit longus, seu nomina pedor.

¶ Cædrus irridet/scilicet scire possum/q; feram opprobria/si omnia inclusa cerebro/aut quod magis mereris/in vertice cerebroso gryl/li animalculi similis scarabeo/occulti, abditi: fuerint emissa,q; & innumerus ingens cimex putidum animalculum subrubrum manabit emerget sinu nostro/cimex ex carie ligni/cui animalculo pedicillo aut pedunculo plurimus multus numero pes/passu arcto arcti passus/seu longus pes/seu pedor: dedit nomina: nomen plurale pro singulari: nisi vererer ingeniosior videri/presertim in aliena messe/non nihil in fulcirem.idq; forsitan non absurdum/quod tamen premam dũ opportunitatem nactus/vtar stylo liberiore/quam coactiore.

Non est abiecti nisi vox audita cuculli, Lau.
Quid breuis iste pulex:quid vilis homuncio possit?
Paruula quem solo formica voraret hiatu?
Ipse cani similis scabioso semper apertis
Dentibus oblatras:morsu laniasse rapaci
Nescius,& quẽuis pronus tremuisse minantem:
Et timidam cepisse fugam:tritasq; latebras.

¶ Laurus ait/non est pro nihil est auditum/nisi audita est vox/cuculli auis, abiecti vilis/quid possit/valeat iste breuis pulex/ quid quantum possit valeat vilis homuncio:quem paruula formica voraret solo hiatu oris aperti rictu;o Cædre ipse tu similis cani scabioso oblatras/& hoc dẽtib⁹ apertis retectis,semper nesci⁹,nesciẽs:nomen pro participio:laniasse/ lacerare/ tempus pro tẽpore: morsu morsicatione rapaci:& pronus procliuis/ & propensus tremuisse/timuisse non sine tremore:quemuis quẽlibet minitantẽ/& pronus cœpisse/ capessisse fugam timidam/quæ timidum arguit/q; & latebras speluncas tritas notas quas triuisti.

Efficiam toto fluxas de corpore guttas Cæ.
Defessa excutias dextra,læuaq; madenti.

¶ Cædr⁹ minatur sic/o Laure efficiã/excutias/emittas fundas guttas: sudoris forsitan & sanguinis fluxas fluẽtes de ex toto corpore soma te/& hoc dextra manu defessa/q̃ & læua sinistra madenti madida.

ıe ſudanten efficies?qui frigore nudus Lau.
luo confectus eas:digitoſq; coactos
acias pleno ſolis cum flatibus ore?
e putas vilem?digitos ꝙ ruptus hiantes
eus oſtendat:ſciſſa eſt ꝙ veſtis vtroq;
umero pendens?& craſſa cãnabe ſuta?
nſa ne homines palma metiris ineptos?
tior hic habitus:q̃ me vicinia furem
raudata vocet:furto ſunt nota patenti
lia quæ geſtas:piceatis omnia palmis
cta rapis:quid ſi ſuſpendia digna parentur?

aurus, tu per contemptum o Cædre efficies me ſudantem, qui tu nudus:eas cõfectus: perditus frigore aſſiduo:q̃ & qui calfacias: eas digitos articulos coactos præ frigore ſtupidos,& non porre s foueas,ore pleno digitis tuis,cũ ſoſis flatibus,hoc eſt comitan olis tepore,o Cædre! ne an putas, me vilem contemptibilem? ꝙ ceus ruptus oſtendat digitos hiantes, ſe aperientes, & ꝙ veſtis ſa trita:lacerata:eſt pẽdens ex vtroq; humero.an metiris cenſes, deras iudicas homines ineptos palma,manibus extenſis porrectis ſtrates vulgo dicunt,non metiendos homines vlna hic habitus ltus eſt gratior,vtilior quam ſi ſubaudi, vicina vicinorum cõuen s defraudata decepta damnificata vocet,dicat me furẽ.pallia pre ſa veſtimenta quæ geſtas,ſunt nota,cognita furto patenti manife ,tu o Cædre rapis omnia tacta,quæ tacta ſunt per te manib⁹ picea s furacibus, pice illitis,quid ſubaudi facias,ſi ſuſpendia ſupplicia igna merita ſequantur,aut parentur.

loc niſi conticeas, illiſum haſtile cerebro Cæ.
anguineoq; ſolo fundet caput vndiq; fractum.

Cædrus ait,niſi cõticeas occultũ teneas,hoc quod exprobras,ha ile tælum illiſum impactum cerebro,q; & ſolo terræ,quia tranſiget ſanguineo pro cruẽtato fundet diſſipabit caput fractum vndiq;.

Crebros puncte nimis calces extendis aſelle, Lau
Nunc tua nudarem detracta viſcera pelle:
Quam ferres, proprio victus ceu Marſia dorſo:
Sed bonus ecce venit media inter iurgia Pinus.

¶Laurus,o aselle puncte stimulate, nimis extendis calces crebros crebro iactatos, ego nunc nudarē,nuda darē viscera tua pelle detracta pellis detractione,quā pellē ferres,proprio dorso tergo ceu Marsia temerarius ille tulit cutem suam, victus ab Apolline cantu, qui damnatus decoriatus est(vt sic dicam)sed ecce Pinus rigidus pastor bonus venit,adest inter iurgia media,lites.

Arrectum cur Laure pedum?cur Cædre minator Pi.
Saxa parata tenes?num vos malesana furentes
Armatas conferre manus dementiaq́ cogit?
Iamq́ truces iras,iamq́ aspera mittite bella:
Et vicibus certate pijs:me iudice certa
Pignora ponantur:quæ pura,& candida virtus,
Non odium lętale gerat: nec pugna cruenta.

¶Pinus,o Laure cur tenes pedum baculum arrectum? o Cædre minator cur tenes saxa parata?Num an demētia male sana dicitur vulgo transportatio mentis,cogit vos furentes insanientes conferre cōserere manus,iāq́ iā mittite,ponite truces feroces iras,& bella aspera,dura & acerba,& certate,contendite vicibus alternis, vicissitud ĩnibus pijs honestis,amicis,pignora deposita ponantur, sequestrētur ab vtroq́,quæ pignora virtus pura sola & candida nesciēs maculā: gerat,exequat,nō odiū lætale mortiferū,nec pugna cruēta crudelis.

Sis ingrata licet crocitanti gutture cornix, Cæ.
Et dispar certamen eat:tamen ista subibo
Prælia,vel raucis nunq̄ dignanda cicadis.

¶Cædrus,o Laure licet quamq̄ sis cornix ingrata, beneficij immemor gutture crocitanti:& licet certamen cōtentio eat,intercedat dispar inæquale, quoniam non es certando mecum:tamē subibo inibo ista prælia:istud præliū nō dignanda: dedignādum vel etiam cicadis ab illis insectis raucis.

Garrula limoso quid gurgite rana coaxas? Lau.
Pignora quid cessas tantam excludentia litem
Ponere?certantes solus probet exitus ambos.

¶Laurus. o Cædre garrula ostrepera rana quid coaxas, fictum est verbum, gurgite limoso lutulento.quid cessas differs ponere pignora,excludentia dirimentia litem solus exitus euentus,& finis probet demoustret ambos certantes.

ribilem depono bouem: palearia longua, Cæ.
iicem immensam: latus ingens, cornua panda,
sutas aures, atque hubera plena ferentem:
catam pes signat humum spaciosus: & ipsam
ida notam verrit gressus demissa per imos.

ædrus, depono bouem terribilem, ferocem & horrendam, feren
longa prolixa palearia subter collum corrugatas pelles, ferentẽ
iicem immensam, latus ingens magnum cornua panda, curua, au
hirsutas, hispidas atque & vbera plena, pes spaciosus dilatatus si
it vestigijs humum, terram calcatam pressam: & cauda demissa de
essa per imos gressus p imos pedes, verrit, velut abstergit, radit,
am notam vestigium pedis, nota notæ declinatur.

signem maculis taurum candentibus obdo: Lau.
domitam nulli ceruicem subdit aratro:
ornibus & rigidis, pedibusque ferocibus arcet
incla iniecta procul: cunctique instare tremiscunt.
t pleni horendis reboant mugitibus agri:
ed cupidas compesce manus: ne mutua iam iam
ulnera conspiciat: litemque infestet amaram
Arbiter electus: vox est cantare parata.

¶ Laurus, obdo, oppono taurum insignem notatum maculis cãdenti
bus albis, qui subaudi non subdit subijcit ceruicem collum indomi
tum vix domabile, non subdit aratro, & arcet, amolitur procul vin
cla iniecta vi adhibita, cornibus rigidis, que & pedibus ferocibus fe
ris violentis: que & cuncti omnes contremiscunt, timent instare propi
ire, & agri pleni mugitibus horrendis reboant boatum referunt: sed
o Cædre compesce cohibe manus cupidas, pugnæ, ne arbiter Pinus
electus cõspiciat, cernat iam iam primulum, & nunc vt dicam, proxĩ
me, vulnera mutua reciproca ab vtroque alteri illata, que & ne infestet,
persequatur litem amaram, asperam: aut ne infestet acerbiorẽ reddat
litem quam nequeat dirimere, nam inuitum qui seruat idem facit oc
cidẽti, vox inquit Laurus, est parata nõ impedita cãtare, ad cãtãdũ.

Incipe: communem medio me in cespite ponam, Pi.
Iurgia ne surgant factis inopina sinistris.

¶Pinus ad Cædrum Incipæ, ego arbiter ponam collocabo me, com munem vtriq; æquũ, in medio cespite in glæba hærbida quæ est inter vos, ne iurgia lites inopina insperatæ non surgãt factis actis sinistris obliquis iniquis.

Musæ felices musæ, quæ pectora semper Cæ.
Nostra refouistis: Cædro dictate canenti
A stipula semota seni monumenta precamur,
Non tenui canna: vestro sed digna fauore,
Res non parua venit: magnoq; est ore sonanda,
Diuinum Augusti partum: & maiora referte
Incrementa Dei: triplex cui Gallia seruit:
Regnaq; auita simul ferro deuicta potenti.

¶Cædrus o musæ felices, dites, & fœcundæ musæ quæ refouistis, refecistis nostra pectora mentes, sinus precamur, dictate, memorate, Cædro canẽti, quod instat proxime monumenta documenta, semota astipula, quæ stipulam seu fistulam culmeam destituerunt, dictate dicit, bene seni. Nam omnia fert ætas, dictate digna, nõ canna arundine tenui, sed digna quæ deceant, vestro fauore vestrum fauorem, gratiam, & famã, res materia de qua sum dicturus, venit, oritur, surgit, non parua, q; & est sonanda, cantanda magno magnidico ore, narrate recitate partum diuinũ prolẽ Dei Augusti, qualem Augustus cæsar ex sorore pro sua habuit, nempe Marcum Marcellũ de quo forsitan Virgil. Chara deum soboles magnum Iouis incrementum, & narrate maiora magna incrementa augmentum dei, quoniam cælo non dubie dignandus est Carolus quem in terra deum facit. Cædrus impudenter, satis cui Carolo ipsi triplex Gallia tripartito diuisa: seruit, subest, subiicitur, Gallia nostra comata: in celticã, Belgicã, & Aquitanicã diuiditur, autor est Cæsar in primo cõmentariorũ, q; & regna auita quæ possederunt eius aui, deuicta debellata ac recepta ferro armis potenti regna illa subaudi, seruiunt Carolo, quem deum facio & habeo.

Rex fuit attonito solis qui nutibus orbi Cæ.
Lætitiam incussit subitam: trepidumq; timorem
Legitimi subiens socialia vincula lecti,
Ipse Deum supplex humili sic voce rogauit.
O pater omnipotens cælum qui mobile, & astra

Ignea:qui liquidum pontum, terramq́ꝫ rotundam,
Aeraq́ꝫ immensum formas tellure recenti,
Primæuum qui fingis Adam, costaq́ꝫ virili
Heu heu vipereis deceptam fraudibus Euam,
Si te principio veneror:si fine carentem,
Atq́ꝫ vnum,trinumq́ꝫ simul,da gignere natum
Magnanimis similem proauis, nec laude paterna
Degenerem:sed adhuc maiora, & plura gerentem.
Vix ea finierat:grauida cum filius aluo
Materna conceptus erat:fœtuq́ꝫ soluto
Siluestres coiere deæ:pars lilia portat,
Pallentes aliæ violas,rubeosq́ꝫ hyacintos:
Pars cingit roseis infantia tempora sertis.
Et tenera exultans dulci cum melle labella
Irrorauit apis,pariter longissima nentes
Stamina voluerunt concordi mente sorores:
Postq̃ prima ætas rigidis instructa magistris
Exijt:& campo fuerat concessa potestas,
Liberiore frui:procerum hastile mouere,
Atq́ꝫ arctum in gyrum luctantia flectere colla
Fortis equi didicit, fuluos agitare leones,
Spumantesq́ꝫ apros:prædãq́ꝫ referre potitam:
Perdidit vt longa confectum ætate parentem:
Vnanimi gratus populo moderamina sumpsit
Immatura puer:iustaq́ꝫ refrænat, habena:
Eminet & sensus iuuenili in corde senilis.

¶Cædrus inspiratione musarum afflatus canit,rex Carolus qui incussit,intulit orbi globo terræ attonito stupefacto lætitiam subitam intulit dico,solis nutibus per solos nutus,horrendos & formidabiles,q́ꝫ &,incussit hostibus timorem trepidũ,qui festinare cogit, ipse

rex subiens vincula copulam socialia socialem,& parẽ:quia vterq; alteri est obnoxius;ad officium,durum,sic mihi deus adsit, vinculũ, & longe dispar,nempe maris arctius multo,nam sim licet quam Alexãder magnus,qui cõplures concubinas vna nocte grauidas fecisse fertur,vel ipso Hercule masculus magis,nodũ gordianum mihi dissoluendum dari multo malim,quam tali copula trahi,Sed redeo,rex ergo rogauit deum supplex,humili pressa voce,& summissa, nisi malis vulgariter humilis exponere, quid non probo, precatio est, o pater omnipotens qui formas, facis cœlum mundum mobile, & astra ignea lucida,& pontum æquor liquidum,& terram rotundam in orbis modum teretem,& aera immensum immẽsurabili magnitudine, & fingis,vt figulus formas Adam primæuum fingis,dico,tellure recenti mustea,q; & fingis costa virili,viri æuam deceptam heu heu fraudibus dolis vipereis,si veneror,quando veneror te deum carẽtem principio,& fine cũ sis ipse α Και ω atq; te vnũ essentia, q; & simul:quasi dicas cũ hoc trinum in personis,da concede mihi gignere generare natum similem auis maioribus suis, magnanimis fortibus nec degenerem degenerantem laude,a gloria paterna mea, qui si voles, sum futurus pater: sed gerentem ex factis reportantem vel etiam facientem maiora maioris laudis facinora,& plura,vix ea finierat rex,quum filius erat conceptus,in aluo pro vtero materna materno grauida grauido,q; & deæ syluestres, siluicolæ Dryades coiere,cõuenerunt fœtu prole soluto ædita: pars earum portat lilia, aliæ portãt violas pallẽtes,pallidas,q; & hyacinthos rubeos,rubros pars dearũ cingit,aduelat tẽpora capitis partes infantia infantis fertis, corollis roseis rosæ:& apis exultans lætitiam satu pre se ferẽs, irrorauit rore rigauit tenella labella cũ melle comite & mixto melle,sorores inter se parcæ voluerunt,complicarunt mente animo concordi stamina fila longissima.sorores ergo pariter pariliter nentes filantes voluerunt stamina,quæ euoluerent,& explicarent,dando longissimam vitam proli, postq; prima ætas iuuenilis adulescentia instructa:vt armis ornata,magistris formatorib9 rigidis seueris exijt emissa est:& potestas frui fruendi campo liberiore nõ impedito, vel quo ipse liber fruebatur concessa est,data est,ipse didicit,mouere vibrare, librare,dirigere,hastile lanceam procerum oblongam,atq; & didicit flectere, trahere colla luctantia renitentia in gyrum arctum angustum,contornare vulgus ait, colla dico fortis acris equi,& agitare persequi fuluos leones,q; & apros spumantes,& referre prædã potitam obtentã,vt postq; puer perdidit,amisit parẽtem patrem cõfectum defectum lõga ætate senio puer sumpsit moderamina immatura,hoc est moderamen,ad quod per ætatem imaturus erat :ipse ergo puer gratus populo vnanimi voluntatis vnius sumpsit moderamina, q; & refrenat,regit habena rõne iusta æqua,qua vtitur pro,habena,& sensus prudẽtia senilis eminet,extat:apparet in corde iuuenili.

Hæc cecinit Cædrus:memores narrate camœnæ, Poe

Congrua quæ fuerint Lauri responsa sequentis,

¶ Poeta sic interloquitur.O Musæ, Cædrus cecinit hæc prædicta,o Musæ siue Camœnæ,memores nō oblitæ carminum,narrate,quæ fuerint responsa,dicta,congrua conuenientia nō aliena ab alijs,quæ cecinit Cædrus:responsa inquā,Lauri sequētis loco secundo cātaturi.

Nūc nūc Phœbe potēs modulāda in carmina vires Lau.
Funde tuas:ne turpe ac victum dedecus astem,
Hunc etiam cantabo deum:qui marte secundo
Infestas acies sternit: gentesq; superbas
Sub iuga demittit faciles reddentia mores:
Ecce minor celeri superata Britannia bello
Paret:& insignis superest noua causa triumphi.
Hunc si magnanimum tractantem prælia Cæsar
Strenua vidisset:Rhomano Gallia nunq̄
Imperio subiecta foret:pax aurea nuper
Et secura quies:tranquillaq; tempora florent.
Deposito squallore nitet:nuptaq; recenti
Iubilat omnis ager:vocemq; ad sydera iactat:
Atq; alium ex alio natum per læta precatur
Tempora,perpetuo productaq; fila metallo.
Dum domus hæc stabit solio subnixa verendo:
Afficiet varia totum formidine mundum,
Extollens sublime caput:famāq; perennem.

¶ Laurus.o Phœbe potens magni numinis funde,laxa,solue effunde tuas vires,tuam potentiam in carmina modulanda,ne ego astem dedecus,turpitudo turpe turpis & victus,victa hoc est ne sim turpiter victus:sed figurate dictum est,ne sim ipsum turpe dedecus, & victum, ego etiam ego quoq; cantabo, laudabo hunc deum, eundē intelligit, qui Marte Deo secundo dextro,ac fauente:vel bello secundo sternit prosternit acies,exercitus infestas persequentes ad vim inferendam q; & dimittit,mittit gētes,nationes superbas sub iuga, leges & insti

tuta, reddētia donātia bonos mores. ecce minor Britānia, ad dn̄am Angliæ maioris Britāniȩ superata deuicta celeri bello paret regi. & noua recēs causa insignis, gloriosi triūphi supest, restat. si Cæsar Iulius vidisset hunc regem Carolum magnanimum acrem, tractātem gerētem strenua fortia bella, Gallia comata nūq̄ foret: fuisset subiecta subditam Romano imperio, Pax aurea: & quies tranquillitas secura securos faciens, q̄ & tempora tranquilla: nequaq̄ turbulenta florent, alludit ad seculū aureum, quod sub Saturno fuisse memoratur omnis ager nitet, squalore situ deposito. q̄ & omnis ager iubilat, lætis vocib⁹ exultans cantat, q̄ & oīs ager iactat, tollit vocē ad sydera, atq̄ & precatur precibus petit alium regem natum ex alio per læta tempora temporibus felicibus: multum enim felicitatis tribuebatur temporibus, q̄ & precantur alium natum ex alio per fila, per propagationē, producta productam, metallo materia perpetua, alludit ad fila parcarum, cupiens similes produci, qui felicibus temporibus sati sunt, qui non facile degenerare creduntur, dum donec hæc domus stabit subnixa, posita solio throno verendo, ipsa afficiet totum mundū orbem varia formidine metu, extollens, ferens caput sublime exaltatum, q̄ & extollens famam, nomen perennem immorituram.

Arbiter indignus tanti certaminis adsum, Pi.
Hoc maior censura notet: nimis alta petuntur
Iudicio non apta meo: iam lite peracta
Et pacem æternam, lætasq̄ adiungite dextras.

¶ Pinus adsum sum, arbiter indignus, non dignus præses, ac iudex tanti certaminis, cēsura cognitio censoris maior cognitione mea, notet obseruet, hoc certamen nimis alta ardua & non apta meo iudicio, consilio, sententiæ petuntur a me, o Cædre, o Laure: adiungite, ad vos iungite pacem æternam, q̄ & dextras manus iudices fidei lætas pro alacres & gayas.

¶ Hic excussum oportuit quid bellum, prælium, certamen: quid proprie palæstra. Num recte dictū calefac pedes: post verbū calefacias nexuit per quod coniunctionem diuersorū modorum verba, quod non latine fieri posse putat Valla deinde quid Pinus & an possit de deposito recti dici. De Galliarum differētia, de astris & syderibus, de Dijs & Deabus agrestib⁹, de ætatibus, de metallis: postremo de magistratibus nonnihil dictum oportuit. Quod in tertia Aegloga dixi senem accipi pro prudēte nō recantem palinodiā, apud Maronē illo versu, Fortunate senex, contenderim exponendum pro prudēte: nā quæso te, quis diuinare poterat Tityrū fore felicem ad senium vsq̄, quem nesciret, futurum senem: ad hoc quis proferet exemplum simile. For-

tunate senex:qui est futurus senex fortunatus:deindessensus apertior si senex prudens intelligitur.neqꝫ pueris in hūc sensum vel heri natis deest exemplum.

P.Fausti Andrelini Foroliuiensis Ægloga quinta.

ARGVMENTVM.

Pinguis ager colitur presso sulcatus aratro
Vber:& aprico vinea culta iugo.

¶Amyntas,& Coridon interlocutores.



Orte senex Coridō,simul & crinit⁹ Amyntas Co.
Sederunt viridi fluuialis margine ripæ:
Illi solus ager,sola est huic vinea curæ:
Quisqꝫ suas extollit opes:sub iudice nullo
Haud discors certamen habent:prior inquit Amyntas.

¶Insaniam,si coner lucem afferre soli:nec tam igitur verba,ne nō ali quanto promptiores fiant grammatistæ verborū copia. poeta sic au spicatur,argumentum retexens.Corido pastor senex simul & Amyntas crinitus bene capillatus sederunt,locum ceperunt forte fortuitu cum de illo loco nihil statuissent capiundo:in subaudi viridi herbido margine extremitate ripæ fluuialis fluuij:solus ager sationalis est cu ræ sollicitudini illi Amyntæ,vinea vinetū est curæ huic Coridoni,q ꝙ vterqꝫ extollit magnificat,ac laudat suas opes facultates sub iudi ce nullo,sub nullo præside,habent,tractāt certamen haud nō discors rixosum imo quietum.

O nimium felix possessum quisquis agellum Amyn.
Desidis exercet pulso torpore veterni.
Non mala paupertas,uon ora famelica cogunt,
Improba concussa pelli ieiunia quercu.
Obsequitur bene cultus ager:maioraqꝫ reddit
Fœnora q̄ capiat:messiqꝫ capacia desunt
Horrea:tam larga est vndanti copia cornu

Annua ſic noſtro reſpondet gleba labori.
Cum nimis ignauos intra ſua tecta colonos
Aſpera claudit hyems:agreſtia cudimus arma:
Solertiq; manu ſoles ſuperamus inertes.
Vere nouo pinguem depreſſo vomere terram
Curuus aro:forteſq; gemunt ſub pondere tauri:
Atq; iterum obliquo proſciſſum eſt æquor aratro:
Et craſſas rigido glebas diſrumpo ligone.
Hæc eadem autumno tellus verſatur aperto,
E gremioq; habilis deprenſum dextera ſemen
Proijcit:& pariter ſulcis abſcondit aratis,
Ardua quos cingunt altæ munimina foſſæ.
Et Cereri ſua ſacra fero:ne grandis aceruus
Deſit:& optati ſpes irrita decidat anni.
At cum luxurians tenera ſeges aduenit hęrba,
Paſcimus:et rarus grauidæ ſit culmus ariſtæ.
Et melius rectum vacuas ſe extollat in auras.
Nec minus infelix lolium,lapaſq; nocentes,
Et crebro ſterilem raſtro inſectamur auenam,
Aeſtibus in medijs ne flaccida decidat hærba:
Exuſtum induco ſinuoſum flumen in agrum:
Et bibulis limum ſulcis diduco paluſtrem:
Siqua nocet frondoſa ſatis creſcentibus vmbra
Curua falce premo:volucres expello rapaces
Ingenti ſonitu:fictæ vel imagine formæ.
Quid cum matura flaueſcit campus ariſta?
Si noſtra hęrboſis obducta eſt area cliuis,
Vertimus;& molli ſolidata foramina creta

Aequamus tereti ſaxo: plantaq; ſequenti:
Poſt ſeco triticeam ſegetẽ:ſparſoſq; maniplos
Ictibus immenſis ferio:percuſſa refertis
Grana fluunt ſpicis:paleæ cumulantur inanes:
Et diſcuſſa leuem iacio frumenta per auram:
Et mundata loco:nullis granaria rimis
Rodentem admittunt murem:cribroq; frequenti
Excutio infeſtas ſpiſſo cum puluere blattas.
Vrimus:& ſecta ſtipulas grauitate carentes:
Nec ſemper frumenta ſero, vel pingue legumen
Accipit:aut totum dureſcit campus in annum:
Et ſparſo exhauſtas reparat lætamine vires.

¶ Amyntas inquit,ait prior, o nimium valde multum ſubaudi ſi vis eſt felix, quiſquis exercet habilem facit ad ferendum agellum, poſſeſſum,& hoc torpore ignauia veterni ſomni deſidis deſidem facientis pulſo fugato, paupertas mala dura damnoſa etiam,ora famelica eſurie affecta,non cogunt, non impellunt ieiunia improba quæ non probantur, vt dura, pelli quod pellantur,denitentur,quercu arbore glande concuſſa decuſſa,ponit arborem pro fructu,quo ſe dabant olim famem,quam non ſic ſedant,qui ſtudioſe terram vertũt, nã ager bene cultus ſubact⁹ obſequitur,morigeratur,quaſiq; obedit domino.q; hoc eſt reddit,refert maiora vberiora fœnora quam capiat,hoc eſt fructus,&prouentum reddit multo cumulatiorem,q; & horrea granaria capacia quæ capiãt,deſunt meſſi,ãnonæ quæ ex meſſe decuſſa eſt, tam:adeo copia prouẽtus eſt larga:largus cornu vndãti,propter cornu copioſum & affluẽtem nam bos terræ vertende animalium accõmodatiſſimũ autore Columella,cuius corni vel cornua affluere annona iudicant,cornibus enim verſat terram, alludit tñ ad copiæ cornu,ſi quæras,quo pacto ſic Amyntas locupletet,dicit, gleba annua anni & quæ fere annuo labore colitur,reſpõdet, facit ſatis uoſtro labori,ſic hoc modo:nam quum quando hyems aſpera horrida claudit,tenet colonos agricolas nimis ignauos molles & deſidioſos intra ſua tecta,domos cudimus,fabricamur, paramus arma agreſtia,marras,ligones,q; & ſuperamus,vincim⁹ ſoles inertes q inertes ꝑdũt,nã apricãtur nullo ſtudio deſides occupati ſuperam⁹ ergo manu ſolerti induſtria artifice,ego aro,verto terram curuus vere nouo recens orto vomere depreſſo profunde impacto,quia ſic ꝑſciſſio exigit,q; & fortes robuſti tauri gemunt,quod etiam de hominibus di-

Cum Felsina meas,Patauin aq; rura camœnas,
Ocnæiq; lacus,Tyberinaq; senserat vnda:
Nec satis hoc fuerat:gelidas transcendimus alpes,
Longum iter ingressi campus qua Belgicus,& qua
Celticus apparet:nec non vesane Garunna
Pestifero calidi qua flamine tolleris Austri:
Et Pyrrenei saxosa cacumina montis
Sunt pedibus calcata meis:nec defuit vnq̄
Fertilis audito partus modulamine victus.
Et nisi liuenti discordia tincta veneno
Inceptas fregisset opes:non viueret alter
Ditior in Gallis,nec fortunatior agris:
Hoste tamen domito solor:quid victa iuuaret
Pectora tam grandis congesti summa peculi?
Strenua paupertas rebus prælata subactis
In pretio maiore venit:nec laude minori
Infima sunt fateor generis natalia nostri:
Sed nullum inueni generoso corde priorem.
Namq; alius pastor vel sola mapalia curat.
Aut asinum lana venali ducit onustum:
Non tacita exclamans emptricem voce per vrbem.
Sarcula,marra,ligo,rastrum,traha vomer,aratrum,
Aut ouis, assiduo seu bos versatur in ore,
Hæc animis aliena meis.quis crederet vnq̄

ıclyta ꝙ tenui regnarent ſtemmata panno?
Hinc freta lata petam:vel gurgite mergar in alto:
'el capiam ingenti ſpacioſum pondere piſcem.
Hic niſi pungentes ſpinas,cœnumq; paluſtre
rendere nil poſſum:ſed mobilis ipſe putabor,
uod pelle indigner propria:male prouidus eſſem
plæbem incertam ſequerer:mutabile vulgus
rtunam extollit facilem:duramq; reprehendit
oc ſaltem laudabit iter,cui mente profunda
ccellens natura ſubeſt,ſtat pectoris alti
uærere fortunam quacunq; in parte latentem.
irtus rara iuuat(fateor)ſed maximus ille,
e deus noſtras ſolitus laudare camœnas
umina dextra dabit:reliquoſq; in vota ligabit
oſtra deos:ipſis res eſt non parua miſellis,
faueat ſanctus cœlo vel ſolus in alto.

O ſors infelix infelicẽ faciẽs,o egeſtas dura non facile tolerabilis,
triſtis an cedes,abibis loco mutatata cõmuta & minꝰ triſtis:ne an
ꝙ nullo tempore deponã ligones rigidos?viuã an viuã ego ſic in
riꝰ,ignobilis valle in valle iſta,videbo vſq; aſſidue,eus cuſtos,im
bilis vt ſaxũ hærens,capellas paſcentes inter dumeta dumos auia
os,ah potius prius ꝙ hoc fiat:omne pecꝰ totus grex,cadat intereat,
c potius ante ſpectem,videã ſyluas reciſas ſectione proſtratas,ꝙ
nemus exuſtum incendio conſumptum,quam gnaua diligens mea
enta ſortita quæ ſorte quaſiq; fortuito habuit,tam vilem locum,
eſcat,contẽta, quum. vbi lux prædicta prænunciata Gallo,a Gal
canenti albeſcet,lucida fiet,ego Iolas tentabo,tenebo vias maio
,ꝙ & feram panes recentes,muſteos,ꝙ & poma rubra:nec canta
vas vinariũ viatori bonũ turgidꝰ inflatꝰ vuis preſſis,hoc eſt mu
non abfuerit longe erit:nec caſeus magno orbe hoc eſt coagulum
gue:& ob hoc expaſſum abfuerit:vt poſtquã viatica cibi ad per
inãdũ portata portati duplici duplicata pera aut duabꝰ peris,vna
panis,altera vbi edulia ſint:vbi deerunt,nõ erũt,comedã baccas
ctus ſylueſtres p̃dnraq; corna corni arboris fructus: bibã ſedabo

sitim fonte puro,aq̄ pura,nō lutulēta donec quoad meliora pascua dabunt:sed q̄dnā cur penuria defect⁹ vict⁹ cibi miseri miseratiōe digna videt metuēda magnanimo,q̄ & forti viro:vult⁹ meus pro facie posuit,nō dū erat tinct⁹:quia tūc quodā modo facies tingit barba,nō dū ergo tinctus erat vultus prima lanugine:primo barbitio,quū rura arua felsina sic dicta a loco,q̄ & quū rura Patauina Veneta,q̄ & lacus Ocnęi,Mantuani ab Ocno dicti senserant,meas camœnas,q̄ & vnda Tyberina Tyberis senserat,Hyperbolicos meas camœnas,Nec hoc fuerat satis,transcēdim⁹ superauim⁹ alpes gelidas,hoc est mōtes Italiā a Gallia diuidētes frigida frigidos ingressi q̄ingressi sum⁹,lōgum iter pro viam:probat sic campus est calcatus pedibus meis,ea in parte qua:vel sic superauimus alpes ingressi lōgum iter,ea parte qua campus ager Belgicus Picardus apparet,& qua cāpus Celtic⁹,Gallicus a celtis dict⁹ apparet:& ingressi eā partē,qua o Garunna vesane insane & furēs tolleris,tumescis pestifero flamine flatu austri noti calidi.& cacumina iuga summa saxosa scopulosa mōtis Pyrenei, ab ignibus dicti sunt calcata pedibus meis:nec vnq̄ nūquā victus fertilis abūdās defuit part⁹ quæsitus modulamine cātu audito ab alijs: & nisi discordia dissensio tincta infecta veneno liuenti liuido fregisset opes incœptas,alter non viueret ditior in agris Gallis:nec & non alter nō viueret fortunatior in agris Gallis:tū ego solor me hoste victo Balbū fortasse itelligit poetā,quē ipe fugauit Parisijs,q̄d in quo tam grandis summa peculij boni labore parti,cōgesti aceruati iuuaret crearet pectora victa:quasi dicat.si victus essem: quid iuuisset me cōgesta pecunia,paupertas pauper strēnuus,acer fortis,prælata præfectus præposit⁹ præpollēs reb, subactis victis:domitis venit adest in precio æstimatione maiore:nec venit in laude gloria minore: natalia, ortus,quasiq̄ radices nostri gn̄is nostris nr̄æ gētis fatcor,sunt infima, conditio ergo generis parit ignobilitatem,tamē nullum inueni,priorē me corde pectore:& animo generoso:nāq̄ ali⁹ pastor vel curat,curæ habet sola mapalia,tuguria pastoralia,aut ducit asinū onustū lana venali exclamans voce non tacita pressa,imo acutissima per vrbem emptricem lanæ,per eos qui in ea sunt, sarcula purgatorij rastelli, marra,quæ habet supra latam aciem quandam cristam qua deriuant aquā in prata,ligo fossorium instrumentum, rastrum grauius multo quam rastellum,traha,crates illa quæ per agrū trahitur,vomer dens aratri,aratrum aut ouis,seu bos,versatur, voluitur in ore assiduo: hæc sunt aliena abhorrentia meis animis. Quis crederet vnq̄ vllo tēpore,q̄ stemmata insignia inclyta,gloriosa,regnarent,vigerent in te sui vili panno:hinc ab hoc loco petam, ibo ad freta lata, vel mergar in alto gurgite profundo:vel capiam piscem ingenti pondere grauitate spaciosum.Hic hoc loco nil possum prendere nisi pungentes spinas,q̄ & cœnū palustre paludis.sed ipse putabor, existimabor mobilis,leuis q̄ indigner irascar pelle pelli propria ꝓprie.Respondet ob,

ecto, essem male, id est nō prouidus, si sequerer plebem incertam, instabilem: vulgus mutabile extollit fortunam facilem, benignam, & & reprehendit fortunam duram ferream, & nimis acerbam: is subaudi cui natura innata vis excellens præstans mente cogitatione profunda: subest, in occulto est: is inquam saltem laudabit, probabit hoc mecum iter: quod ideo faciet, quoniam stat pro est, pectoris alti fortis, celsi, quærere, petere, fortunam prosperā, & rem quæ penes fortunam dicitur esse, fortunam dico latētem occultam, in quacunque parte, plaga: virtus iuuat, confert rara, raro: nam illa nō præmia possidet fateor, nō nego: sed ille, ille repetitio deus maxim⁹ supra quē non est maior, nā suus cuique deus maximus est, deus dico, solitus laudare nostras camœnas musas dabit, ad nos flectet lumina, oculos dextra æquos, & deus ligabit, alligabit, aut vinciet, obstringet, vt proni sint, reliquos deos, in nostra mea vota desyderia, res bonum est non parua, paruum, si vel etiā solus sanctus Diuus nō item plures, faueat, adsit ipsis misellis in alto cœlo. De Belgis, Celtis, Pyreneis Garūna cosulantur Cosmographi.

P. Fausti Andrelini Ægloga decima.

ARGVMENTVM.

Regia magniloquum faciunt stipendia vatem,
Qui poterat nullos pauper inire sonos.

¶ Corydon & Iolas interlocutores.

TAnta ne visendi tenuit mora regis Iola, Co.
Vt tua cessarit taciturnis fistula cannis
Parrhisio desleta solo? nam garrulus Idas
Omnia disperdens raucum per compita carmen
Ingenti similata boui: ceu rana tumebat:
Ignoto solitus latuisse foramine sorex,
Non viso media infenso lasciuit in aula,
Tota sed absentem clamabant rura poetam
Delitijs priuata suis: nisi tempore sero
Amissam infelix caudam non noscit asellus.

¶Coridon ſtupet Iolam/per quem poetam intelligo/ tam ſero regẽ Carolum(vt puto)viſiſſe/ recitat Iolas ſe duorũ beneficio patrono/ rum eidem innotuiſſe regi/ſimul & donatum ſtipe regia ſignatis in hoc tabellis:dicit itaq; Coridon/o Iola paſtor ne an tanta tam longa mora viſendi:petendi:adeundi regis tenuit te/ita ſubaudi: vt tua fi/ ſtula cannis taciturnis habens cannas taciturnas:aut cannarum taci/ turnarum ex quarum internodijs cõſtat/ fiſtula dico tua ceſſarit de/ fleta,deplorata ſolo in agro Pariſio/Pariſiẽſi,qđ aũt ſit defleta,pro/ bat/ nam Idas paſtor garrulus obſtreperus/ diſperdens / ad nullius auris voluptatem diffundẽs carmen raucum ſtridulũ per omnia com/ pita tumebat,ſuperbiens inflabatur, ceu ſicut rana,de qua meminit Horatius,Rana ſimulata,vel vt habet textus,ſimulata quæ ſimilis & æqualis videri voluit boui tauro ingenti ſane magno.Sorex mus ſolitus latuiſſe,latere in ſubaudi foramine ignato ignobili vel igno/ rato domeſticæ feli laſciuit. inſolenter mouet,in aula in atrio media medio & hoc infenſo boſte fele nõ viſo, viſa,ſic nõ pauci(ꝗdicã)cor/ nicãtur inter idiotas,Rhomani Demoſthenes cupiẽtes videri,qui ne mi quidẽ(quod aiũt) corã doctis audẽt,ergo tumebat Idas,ſed tota oĩa rura priuata deſtituta ſuis delitijs oblectamẽtis clamabãt/voca bãt te poetã abſẽtẽ:priuati dolebãt,qđ ꝓbat ſnĩa:aſellꝰ ĩfelix miſer nõ nõſcit caudã amiſſam, hoc eſt iacturã amiſſæ caudæ ,niſi tp̃e ſero.

Scilicet æſtiuis quando ſtimulatus ab œſtris
Ille furit:nec habet denſo quo poſſit ab hoſte
Offenſam texiſſe cutem:ſed corpore toto
Non euitati patitur fera vulnera morſus.
Si ſtrepat ingrata raucefcens voce cicada Io.
Nil mirum eſt:vitium geniali ſorte tributum
Inſequitur,vis eſt naturæ inuicta potentis:
Sed nequit inſanus rudentis clamor aſelli
Archanos penetrare polos:facit æmulus hoſtis
Obſita ne poſſit longa rubigine virtus
Æterno marcere ſitu:miſeranda loquaci
Inuidia fortuna caret:liuorq; probatur
Commiſerante vicem melior pietate ſiniſtram.
Sed cum falſa ſemel triuialem ſuaſio muſam
Imbuit:hæc vano petulans in corde ſeneſcit,

Non vllis vellenda modis:alienaq; damnat
Carmina:concinno quanq̃ modulata canore,
Verba rudes inter balbutit inepta cateruas:
Scilicet incedens puerili inflatus honore
Coruus,& argutum crocitans si tentet olorem,
Aufugit explosus,totisq; irrisus ab agris
Lucifuga obscuro latitat ceu noctua luco.
Necquisq̃ infestat doctam nisi stultus auenam.
Omnis & aucta viget crassis inscitia fibris.
Si mulces gratis raras concentibus aures,
Garrula contemnas ventosæ murmura plæbis.
Ista Theocritio grauior sententia versu Co.
Nescio quid nostros maius diffudit in aures,
Quam tua præteritis ætas præluserit annis.
Heu heu pauperies victum pannosa minutum Io.
Sollicito acquirens animo,non ructat hyatu
Grande;S ophoclæo carmen:vix publica vena,
Vix stridens sterili culmus succurrit in agro.
Ipsa etenim nimio mens intercepta dolore,
Et vegeti clauso sensus fudisse meatu
Robora nulla potest:viresq; hebetata potentes
Strangulat illa suas:referant quas gaudia tandem
Auxiliis concepta nouis,grandesq; profunda
Materias tellure cauant:sublatus ab ipso
Tityrus Augusto:mauortia cœperat arma
Horribili resonare tuba:pressusq; maligna
Paupertate miser:nullaq; afflatus ab aura
Vix minimum rudibus culicem defleuit auenis.
Sic ego,sic tandem secessum nactus amœnum,

Et pulsa optatam iam paupertate quietem,
Nescio quid magnum tacitis excudo sub antris:
Fabrilis nequeat tota quod malleus arte
Cudere:nam triplex quo non præstantius vllum
Eminet:ingenio fabricandum est numen,& arte.
Atq; ipsos fuluo conflatos ære colossos
Marmoreo in templo ponam:cunctisq; calendis
Ad sacrum tauros mactabo altare nitentes.
Nobilis est campos animi vulgare per omnes
Ocia quis dederit vitæ tranquilla beatæ.
Ante alios felix pastores profer Iola. Co.
Gaudia:nam præstant maius narrata leuamen.
Stat deus o Coridon Rhemensi summus in orbe, Io.
Regalem sacro fontem qui tingit oliuo
Sedibus a superis misso:cui iure regenda
Gallica Cæsareo commissa est numine tellus:
Extat & alter adhuc :quouis celebrandus honore.
¶Regia communem fecit quem cura patronum Io.
Imperio consulta suo:non posset vtrumq;
Dicere lingua deum milleno gutture nixa:
Deficit humanum tanto sub pondere robur.
Scilicet est inopem miseratus vterq; senectam:
Et nostrum augustas nomen portauit ad aures.
Iuppiter ille nouus fama compulsus eadem,
Me voluit medio cantantem audire theatro.
Vt primum intraui,tyrio vestita colore
Corpora spectaui membris compacta torosis:
Pendentesq; suo torques gestantia collo,
Et nitida fultus gemma circundabat orbis

rmoſo digitos bacco vel Apolline dignos.
quantum hæc dixi villo indumenta caprino,
diſtant duro ſuris perone reuinctis.
am ſtupeo totus viſu defixus in ipſo,
ppiter ecce venit magno ſtipatus honore,
ſe olim vultus inter nutritus agreſtes,
dmiror primo aſpectu: mox poplite flexo
nte ipſum quæſita Iouem modulamina fundo,
ilicet vt bello claram expugnauit aperto
arthenopem: patrios victorq; rediuit in agros:
uamuis Heſperio vetitus foret orbe regreſſus.
eſcio qua noſtri captus dulcedine cantus
le fuit: fului ſaccum donauit & æris:
ix iſtis delatum humeris: cunctoſq; per annos
enſio larga datur: qualem non lentus habebat
ityrus: vmbroſis reſonans ſua gaudia ſiluis.
uid referam celeri ſcriptas breuitate tabellas,
ignataſq; ſimul? Noſtris quid ouantia muſis
tria? vel medios virtus it grata per hoſtes.
oſt cæcas ſemper lux eſt ſperanda tenebras.

¶ Iolas. lingua mea nixa nitēs ſuffulta milleno pro mille, gutture gut uribus non poſſet dicere eloqui vtrumq; deū, eſt hoc vtriuſq; patro ni beneficētiam in me, quem vtrūq; deum quem vice dei reputem, cu a regia regis fecit, creauit, conſulta conſulto & ſapiēter patronū pa rem & ſenatorem commmem ſuo imperio regno, quod lingua non poſſet exigere, quantum laudis patroni duo meruiſſent, probat: nam obur humanum vis ingenij humani deficit, ſub tanto pondere ſuccū bit autoritati tātorū virorū. Scilicet, o Coridō ſcire debes, vterq; pa tronus (qui fuerint, parui refert, aut non omnino multum) eſt miſera tus, miſerādo adiuuit ſenectam inopem, auxilio deſtitutam & vterq; patronus portauit noſtrum nomen ad aures Auguſtas, nobiles Augu ſti regis Caroli: puto, nam cui regum conciliatus fuerit primū Iolas, hoc eſt Fauſtus, nō mihi conſtat, forte meminit Petrus Crinitus, aut in hiſtorijs Gallicis Guaguinus: neutrius copia, ſed ne vllius autorū

quidē,in hoc exilio quod mihi terrifica pestis peperit tam misero, Sequitur, ille Iuppiter tuuās pater puta rex nouus insolitus videri, voluit audire me cantantem in medio theatro,in media arena, vt primū simulatq; intraui subiui spectaui aspexi vestita corpa colore Tyrio purpureo quo Tyrij vtūtur corpora cōpacta colligata membris organis torosis musculosis pulposis,q; & aspexi,corpora gestantia ferentia torques catenas pendentes suo corporum collo,& orbis annulus fultus fulcitus gemma nitida splendenti circundabat digitos dignos Baccho deo, vel dignos Apolline Deo Phœbo formoso speciosso,quibus rebus visis ego Iolas dixi,o stupentis quantū quā multum hæc indumenta vestimenta distant,differunt,absunt villo caprino capræ & distant suris cruribus reuinctis cinctis perone rustico cothurno duro male mollito,hoc est multum differunt nobiliorum Gallice,perone duro, dum stupeo miror defixus oculis intentus in ipso visu aspectu aut re visa.ecce præter meā spem Iuppiter rex venit, stipatus densa comitatus magno honore,ipse ego Iolas nutritus olim quondam inter vultus facies & formas agrestes,in agris versari solitas.admiror, stupeo primo aspectu obtuitu, mox fundo, efflo, ante ipsum Iouem Cæsarem, modulamina quæsita petita fundo, poplite flexo,scilicet o Coridon fundo,vt quo pacto Iupiter expugnauit demolitus est,bello aperto in dicto Parthenopē Neapolim claram nobilem,q; & rediuit victor voti compos in agros patrios ,quamuis licet regressus reditus ab vrbe Neapoli foret vetitus interclusus non datus in subaudi,orbe in solo Hesperio Italico,Nam quū rediret rex Gallorum Carolus Neapoli dux Mediolanensis instructissimis copijs insidias Carolo proditiose parauit,ratus insolēter se posse regē capere,cum secus longe cesserit,nam ipse dux captus:& in Galliā ductus seruitute perpetua suæ temeritatis pœnas dedit. Sequitur ille rex fuit captus affectus nescio qua dulcedine suauitate illecebra, nostri cātus:& ille donauit saccū culleolū crumenā æris fului:periphrasis est auri,saccum,vix delatum,baiulatum istis humeris,q; & pēsio stipes larga non exigua datur mihi ab eodem rege per cūctos omnes annos hoc est quotānis siue pensio annua datur qualem & talē pensionem Tityrus pastor Virgilium intellige,lentus ociosus nō habebat resonans sono referens sua gaudia syluis vmbrosis opacis. Quid ad quid referam tabellas libellos scriptas,breuitate curtatione cōcisione celeri cita propera,q; & tabellas signatas vt vulgus ait sigillatas simul vna qd referā atria aulas ouātia lætātes nostris meis musis id ait hyperbolice,virtus infertur,grata vtilis,vel, etiā per medios hostes,lux serenitas est semper speranda expectanda,post tenebras cæcas non permittentes videre.

O quanta in tacito concœpi gaudia corde Co.
Ex vultu manifesta meo:non fictus Iola

Semper

ꝑer amor durat fortunā notus vtraq̃.
um.ida sis mente precor:sortemq̃ secundam
a mente feras: totum est inuisa per orbem
:ruit ex alto deiecta superbia cælo.

ridon,o quanta gaudia concepi in corde,tacita,tacente manife.
ta tibi satis ex vultu meo specie & qualitate faciei meæ, o Iola
amor simulatus,non semper durat,notus manifestus,non igno
subaudi,vtraq̃ fortuna prospera & aduersa,cōtra ver⁹ amor,
ta fortuna manet idem,o Iola precor,ne sis mēte animo tumida
bo,q̃ & feras, sustineas,sortem fortunam secundam prosperā
mente æqualiter affecta,vt nō efferat te felicitas,nec te casus de
at,superbia deiecta depulsa quæ ruit,ex alto cælo inuisa,contē
er totum orbem terræ ciclum.

io ego nescio quem figulo genitore creatum Io.
læis imitabor agris:subuectus in altum
picem,cœnans patriæ non immemor artis,
ea fictilibus miscebat pocula vasis.
uidus hic docuit sortem reuerenter habendam:
li cuicunq̃ viro,cui dona repente
a proueniunt: Bauio vel iudice dicar
dandum seruasse modum:submissior ibo,
maior blando fortuna arriserit ore.
n si quis nimium cælo confisus aperto
iat,aduersa non nubila tempora ferre
npestate potest:tanta imprudentia regnat.
ere plura libet:magno sed nata tonanti
genies alia iam iam modulanda cicuta:
teriam præbet lætis concentibus aptam:
aliquid dextris descendens omen ab astris.

olas,Immo qđ potius sit,ego imitabor,sequar moribus in agris
blęis siculis nescio quem,ignobilem quendam non aspernandum
reatum,satum genitore patre figulo figulinam profitente,ille si

guli filius subuectus sublatus in altum apicem, fastigium miscebat, interponebat pocula,pateras aurea aureas vasis potorijs fictilibus fictis argilla, ergo ponebat inter fictilia pocula aurea, non immemor, non oblitus artis figlinæ patriæ, paternæ. hic prouidus prudens docuit, monstrauit fortem habendam reuerenter, honeste citra fastum cuicunq; viro exili humili cui viro dona ditia ditantia proueniũt repente,ego Iolas dicar,prædicabor seruasse modum mensuram laudandum commendãdam ,vel etiam Bauio illo pastore parum ciuili iudice pronunciatore,ego ibo submissior,modestior tãto,quo quanto maior fortuna felicitas vel potius ipsa fortuna arriserit,fauerit ore blando facie miti, Nam si quis nimium confisus cælo aperto serenitate patẽte,hoc est felicitate gestiat, exultet, efferatur, is nõ potest ferre tolerare tẽpestate aduersa sinistra fortuna, tẽpora nubila, caliginosa,periphonema tanta imprudentia stultitia regnat, dominatur. Libet mihi dicere plura ,non pauca,sed progenies proles nata orta magno tonanti Ioui regi modulanda cantanda, sonanda iã iam primulum,mox maxine alia cicuta fistula cicutacea præbet, dat materiam argumentũ aptam accõmodum cõcentibus cantibus lætis,

Irrita ni vanam fallunt præsagia mentem: Co.
Accedet maior meritorum summa tuorum:
Et demum gradiens donata in templa sacerdos
Mystica sacra feres: totus concurret ad vnum
Pagus adorantem:necq; enim te gratior alter.

¶Coridon.omen,portentum,augurium,descendens ab astris stellis dextris fautricibus felicibus est aliquid,magnum quiddam,ni præsagia præsensiones,& pronostica,signa,irrita frustratoria,& fallacia, futura fallant,me habeant frustra,qualicq; ludificentur mentem,cogitationem vanam,hoc est,nisi me fallit animus,quantum ex astris prædicere licet,nam & pastores habẽt sua quædam præsagia,o Iola summa pensio tuorum meritorum beneficiorum accedet maior amplior & demum tandem tu gradiens petens sacerdos sacrorum minister in tẽpla donata oblata,feres offeres, facies, operaberis sacra mystica, prophanis dissimulãda,fies ergo Mystagogus, Parochus, Public⁹, sacerdos barbare Curatus, latinius Decurio Sacer. Sequitur totus pagus vicus hoc est oẽs pagani,parœciani,contribules, cõcurret, veniẽt ad te Iolam vnum solum adorantem ore præcantem deum venerantem sacrum facientem.Nec alter Parochus pastor erit, subaudi, gratior acceptior te.

Iam contenta manent certo patrimonia fine Io.
Munifico concessa deo:noua tædia gignit

nimium linguæ vox importuna procacis,
a licet fuerint serui benefacta probati,
ma quæq; petunt: bene agenti prospera cuiq;
ia succedunt nullis sperata diebus.

is patrimonia abusiue res, concessa, datæ deo ab Ioue rege mu/ liberali manēt, stant cōtenta præfinitæ, septæ certo fine limite ,heu dolētis vox importuna querula inutilis linguæ procacis is, vt sic dicā, gignit, parit tædia noua, nouas molestias nauseā quāuis benefacta beneficia serui probati probi cogniti fuerint tacita nō detecta, ipsa per se petūt, exigūt, & poscunt maxima ;, nec manēt expertia meriti, & mercedis, omnia cūcta beneficia dunt eueniūt bene agenti prospera, secūda felicia nullis pro nō is nō sperata expectata vllis diebus tēporibus, pensantur ergo r spē sepe beneficia cumulatius etiā, quā pro meritorū magnitu demereamur igitur alius aliū inuicē beneficijs, ne quicq̄ desyde .quod exigat ciuilitas, officio fungētes pastorū humaniorū, vn/ æter opinionē, expectatione maius pensetur præmiū, quod ille prēstet pastor īmēsa sua benignitate, qui regnat æternū in secula orū. Amē. ¶ Hęc sunt Laurēti dulcissime, quibus in me tua meri/ nsare iussus sum, quæ velut fœnerato collata te reposcere nihil it, neutri nostrū cessura cōmodo, neutri gloriæ, plus etiā vtriq; iatura pudoris, quā famæ, sed extorsisti tu, nō exegisti, expres/ non exorasti, tantū iussus sum verba familiariter cōpōnere, com i quātū siuit exilij miserādi dolor, nā sic pesti sæuiēti sum coact9 re, musis: & gratijs, tantū nō deo irato: vt ne præceptori muto ē vlli licuerit ire comitē, quo vel solo: quale nomen titulo tenus sum est meū, fartū tectū mihi musæ tueantur, huc accedit, quod tionis ita sum fugitans, vt alius nō æque deniq; prodibat labor is qualis est, qd meruerat, anonymos, nisi tuo noīe: simul & tuo in publicū exiret periculo, Textū habes, ni fallor plane emēda/ istinctū incisis, diuisa p̄sonæ cuiq; sua, tu quæ tua est sedulitas, , qd potes, vt si nō alio noīe, studiosa iuuētus, saltē isto: vt quā llime publicetur, tibi debeat: nā tuū esse volo quicquid est,

xtat eiusdem autoris Aegloga nouissima, quæ potius mihi saty itulum præferat, quæ quia spurcitiæ plenior est, quam vt castis bus conueniat, in eam nihil adduxi, qd iudicaui nō expedire. Ex la Aruerna solis arbitris parietibus oscitātissime, M.D.XXX endis Augustis.

F I N I S.

¶Publij Fausti Andrelini Foroliuiensis Laureati Ac regij Poetæ, Ad Petrum Coardum Primarium Franciæ Præsidem

E L E G I A.

Stant loca Parisios inter celeberrima campos,
Planicies molli qua iacet ampla iugo.
Explicat hic frondes platanus genialis opacas:
Castaq; Cyrrheo laurus amata Deo.
Hic lucent tenui vestita cydonia lana:
Flauaq; perpetuo buxus honore viret.
Non flos œbalius, nec hyantia lilia desunt:
Totaq; odorifero gramine terra nitet.
Condita siluestri queritur philomela rubeto:
Et simul enectum flet sua mater Ithym.
Quatuor aduerso certant non agmine venti:
Ex omniq; aer parte serenus hyat,
Talis erat prima cum mundus origine nascens
Dispulit antiquum luce recente chaos.
Hoc ego successu spatians meditabar amœno,
Materia inuentis quæ foret apta meis.
Scilicet ipsa tenet primas inuentio partes:
Sustinet & numeros caussa reperta suos.
Inde rudis pulcho disponitur ordine massa,
Quam polit exculta lima suprema manu.
Vt bene facta manent solidi fundamina muri:
Et fabricata suis postmodo tecta locis.
Splendet & insigni paries depictus Apelle:

-ficiat suumma nequod ab arte decus.
tacito raptis de pectore sensibus erro,
buius est oculis factus Apollo meis.
nsus rosea crinis ceruice fluebat:
leq; virginea fronde reuinctus erat.
umero pendebat ebur vocale comanti,
uo cecinit fulmen Iuppiter alme tuum.
nen terrigenæ sternens noua corpora molis,
um dira in superos bella tulere Deos.
cussos subito rigidosq; timore capillos
Mira repentini fecit imago Dei.
serenato subridens protulit ore.
Mitte pauens gelidos, mitte Poeta metus.
ia Medusæo fœcunda liquore reliqui:
Ille ego fatidica primus in arte Deus.
m te sollicita voluentem plurima mente,
Sumq; ego condendum vaticinatus opus.
paribus non vecta modis elegia reponat:
Non facit ad grandes debilis aura tubas.
on nisi Meonij fortissimus oris Achilles:
Casta Phyletæi est Penelopea soni.
arua Caphareum si cymba intrauerit æquor,
Illa procellosis fluctibus icta ruet.
emiget exigui piscosas fluminis vudas,
Tutaq; cœnosæ stagna salutis amet.
Vincta Sophoclæis heroica musa cothurnis
Externa immensum trans freta mittat opus.
Nubifero maior Pindo miretur Olympus,
Et Phaetonteis ignibus vstus Athos.

Non Dyrcæus ager,non Theſſala neſciat ora,
Aruaq; Ryphæa ſemper operta niue.
Audiat innumeris celeberrima fontibus Ida:
Et ſacer Orphæum qui geris Hebre caput.
Audiat Euphrates rubrum delapſus in æquor.
Et Peluſiaco lympha refuſa ſinu.
Tranſeat Herculeæ per inhoſpita regna columnæ,
Quaſq; bibit calidas diſcolor Indus aquas.
Ecce Petrus merito non inficiandus honore
Ingenio priſcos vincit & arte viros.
Hoc igitur neruos reſonando intende potentes:
Materia ingenti conueniente ſono.
Ardua nec metuas tantæ faſtigia molis.
Non aberit ſpirans numinis aura mei,
Ibis & Aoniæ per florea Phocidis arua:
Et tua Caſtalium flumen in ora pluet.
Quale bibit paſtor pecoris ſeruator inertis:
Paſtor frugiferos emodulatus agros:
Finierat Phœbus nitidis fulgentior aſtris.
Cum loquor amoto talia verba metu.
Charior eſt certe noſtris ea charta medullis,
Qua ſua deſcriptus nomina Petrus habet,
Petrus in aduerſis ſtatio bene fida procellis:
Solaq; naufragijs anchora tuta meis.
Eximij ſed pulchra viri monumenta recenſe:
Ne vana fictus voce poeta ferar.
Nam figmenta decent falſum mentita poetam:
Semper certa tuo regnat in ore fides.
Omnia præripiam calamo dictata volanti

Iussus ab archetypa surget hyatus ope.)
Respondens cytharam Phœbus percussit eburnam:
Chordaq; vocalem reddidit icta sonum.
Cuderis altisoni dictos cum carminis orsus,
Tacta erit inceptæ me ducere meta viæ.
Parturit vt crambe mortem repetita sinistram:
Sic eadem simili verba relata modo.
Tunc placidos superas vultus auertit iu aures:
Et locus ambrosij plenus odoris erat.
In media talem silua dimisit odorem
Cypria: cum nato est obuia facta suo.
Ipse igitur fuerim morbo cum liber acuto:
Accipies laudis grande poema tuæ.
Interea raptum medio lege carmen ab æstu:
Vt solitos teneant flaccida vela sinus.

FINIS ELEGIÆ.

¶Faustus ad Petrum Coardum Primarium Franciæ Præsidem de mula sua cadente.

Dum tua Petre sequor celeri vestigia passu:
Ecce mea inflexo poplite mula cadit.
Vix summo erexi tractis conamine loris:
Non fuit hoc nimiæ debilitatis opus.
Nam bene pasta nitet: doctoq; exculta ministro,
Viribus & validis fulta iuuenta viget.
Vellem ego sed meritas supplex dum soluere grates,
Præuenit curuo mula supina genu.
Ipsa suum sequitur soboles generosa parentem:
Semper equus charum fidus amauit herum.
Expertus iam Cæsar erat: Macedoq; tyrannus,
Quanta sit in dominos gratia equina suos.
Quis neget esse meo Petrum sub corde repostum?
Cum tua sint mulæ numina culta meæ.

Publij Fausti Andrelini Foroliuiensis clarissimi poetæ Laureati, ad Robertum Guaguinum diui Maturini Parisiensis Ministrum maiorem Epistola.



Vltos fore arbitror Reuerende præsul: qui cum huius Æglogæ vel solum titulum legerint: q̄ primum me & mordacem & inuidum esse garrient. Inciuilium enim ac leuium hominum natura est nondū perspectam materiam in deteriorem potius q̄ meliorem partem accipere. Cæterum si excurso spatio ad supremam vsq; metam peruenerint: hi profecto certiores erunt, me ab omni tum dicacitate, tum liuore prorsus alienum esse. Illi mea quidem sententia damnandi sunt: qui genuino dente vnūquemq; lacerare studeant. quandoquidem ex theonina mordacitate nullam certe gloriam assequi possint. Quisquis præclarum atq; immortale nomen affectat: ea semper agenda putet: ob quæ nō modo instantibus, sed etiam futuris sæculis approbetur. Quocirca Dionysium tyrannum admonuit diuinus ille Plato vt in sequentis temporis curam semper habendam duceret. Quantis & publicis, & priuatis cōtumelijs iam diu a maledico illo Balbo indigne oneratus fuerim: & quidem nullus lippus, nullus tōsor, nullus deniq; cerdo est. qui satis superq; compertum nō habeat. Tamen nulla vnq̄ molestia affectus sum: inconstantis enim ac stolidi hominis oblocutiones nihil omnino faciēdæ sunt. Quā leuis. q̄ ineptus, q̄ delirus. q̄ insanus Balbus sit: vel ex duabus tantum rebus facile percipi potest. Cum primum in hoc tam florentissimum, tanq; amplissimum gymnasium concessit: nōnulla epigrāmata partim ab Octauio Cleophilo composita: partim ex Titi Strocij elegijs excerpta, nomine suo edidit: quo inter Gallos huiuscerei ignaros subitam quandā laudem acquireret. Siqua vero industria sua quæ admodū pauca sunt. elucubrauit: ea omnia vel dissona sententia, vel falsis syllabis, vel mēdosa grāmatica pueriliter claudicare nemo est certe qui nesciat. Cornix ista

furtiuis tandem coloribus denudata nõ modicos quidem risus exhibet. Si Christiano & veridico verbo quando sole ipso clarius nõ elucescat: qui semel temerario ausu alienos sibi labores ascripserit: tametsi egregium deinceps opus excudit: id nunq̃ ex officina sua emisisse censetur. Quinimmo veros artifices plærunq; suspectos reddit: præsertim apud eos, qui cum obtusi, ignaui, & barbari sint q̃uis alium ex ingenio suo iudicare solent. Deinde ex Balba nobili quidem ac illustri familia Balbũ sibĩpsi cognomentũ vsurpauit. Cũ ex domo Accelina, & obscuris abiectisq; paretibus ortum esse constet. Inertis hercle & insipientis animi est parentum q̃tumuis ignobilium pudere. Interim publicum profitendæ poeticæ ac oratoriæ artis munus suscepi: & iuueniles amores meos a romana censura, approbatos atque publica laurea honestatos emisi. Qui tantam inuidiam tantum odium, tantam bilem improbo illi concitarunt: vt postq̃ vna nõ successerat, alia statim via ad denigrandam famam meã aggressus sit. Hic enim me & a Christiana fide deuiantem, & hac in vrbe toto spectante populo exustum fuisse simulauit: atq; adulterinis literis falsum mentitumq; crimen per vniuersam fere Italiam publicauit. Quæ serpentina lingua? quod inauditum mendacium? quæ Punica perfidia huic tam aperto mendacio conferri potest? Nihil tam flagitiosum est, quod alienæ laudis detractori probum esse nõ videatur. Ad solandos parentes meos fidissimũ seruum non sine maxima impensa mittere sum coactus. illi enim tam horrendo nuncio consternati ad perscrutãdam veritatem citatum hucusq; tabellarium præmiserant. Incredibili siquidem tum admiratione, tum dolore non iniuria opprimebantur: me scilicet eam in hæresim impræsentiarum delapsum fuisse: quam semper eiecissem, eiectam fugassem, fugatam exterminassem. Sed nullum demum scelus est, quod iustus Deus vel repentino, vel lento supplicio nõ prosequatur. Ecce nequissimus ipse Balbus in hæretica nescio qua secta, & execrando illo vicio deprehensus est: ob quod Palestinæ ciuitates in sulphureos attritosq; cineres conuersæ sunt. Ni velocissimam fugam in Britanniam maiorem præcipitasset: pu-

blico incendio meritas tandem pœnas persoluisset. Tam fœdam, tam infamem fugam Bucolico carmine præludēdam censui: vt non tam Balbicum scelus, q̄ Faustinum candorem falsa quidem infamia notatum & præsentibus, & posteris patefaciam. Is omnino vel excors, vel immanis est, qui aliqua ex parte famam suam negligere videatur. Nasutos istos rinocerotas facile contempserim Reuerende præsul: si hāc meam lucubratiūculam abs te approbatam esse sensero: quem quidem tanti facio, quanti Platonem Amphimachus, cui vnus ille instar Atheniensium omnium fuit, facere consueuerat.

VALE.

¶Eiusdem Fausti ad eundem Robertum Guaguinum, De fuga Balbi ex vrbe Parrhisia Æglogæ.

ARGVMENTVM.

Quid fugis o Gallas pædico Balbe fauillas?
Gallica quod nequeat, flamma Britanna dabit.

¶Lycidas & Mopsus interlocutores.



Ix fugat exoriens gelidas aurora tenebras: Ly.
Tu tamen irrigua meditans spatiaris in herba
Mopse, pruinoso nec lubrica terra liquore
Sparsa, nec impediunt canenti gramina rore.
Nunc tua q̄ fuerint veri præsaga futuri Mop.
Verba reuoluebam Lycida: q̄ præscius augur
Phœbeo quodcunq; canas veracius ore.
En detecta patet nostrarum iniuria rerum:
Fatidico prædicta tibi, mendacia tandem
Cæca relucescunt: iusti manifesta dedere

Signa Dei:cunctos soliti punire nocentes:
Imaq; scrutantes taciti penetralia cordis. Ly.
Quis purum indigna candorem labe notauit
Mopse tuum:volitans quæ murmure fama sinistro
Heu te Parrhisijs combustum dixit in agris,
Et sanctam spreuisse fidem, Christumq; potentem? Mop.
Balbica forte tuam leuitas peruenit ad aurem,
Lanigeras dum pascis oues, hœdosq; petulcos:
Nulla etenim sylua est, nullum nemus, auia nulla,
Nulla leuem quæ non exclamant marmora Balbum.
Postq̄ furtiui cælatos carminis vsus
Prodidit hæc cornix alieno picta colore,
Et falsa assumpsit Balbæ cognomina gentis:
Quem vendens minimo vilissima scruta triente
Accelina domus stabulo generauit olenti.
Turpior hic viuens, & crimine fœdior omni
Parrhisios infecit agros: ceu pessima messes
Hærba resurgentes, ipso mirabile dictu
Heu scelus admisit: noctem cum lusa per altam
Alea cessarat: varium spoliabat ouile:
Et tacito prædam furto comedebat adeptam.
Altus inexpleto gurges dabat omnia ventri
Luxuriosa suo: plębeæ vilia mensæ
Pocula spernebat: spumanti prodiga Baccho
Cynnama commiscens, summaq; voragine potans:
Ebria nec certo ponens vestigia gressu
Sola resumebat pingui incrassata popina.
Immemor ah nimium, priscíq; oblite veterni
Balbe tui: quondam pedibus cum rura petisti

Gallica nudatis:laceroq; obductus amictu
Euganeam fugiens Troiani Antenoris vrbem:
Extructis ne iusta rogis incendia ferres.
Vt fuerat satiata fames:& plena tumebant
Corpora:proh superi,molles fodiebat ephebos
Vulnere postico:tenti simul inguina drauci
Podice laxato,fellantiq; ore subibat.
Prodigiosa iacens veneris post furta nephandæ:
Iam nitidæ mediam lucis stertebat ad horam
Cruda vomens multo commixtaq; frusta Lyæo.
Maius & ille nephas,multoq; vrgentius addit:
Scilicet in sacro nullum libamine Christum,
Et casu voluente refert:nulloq; moueri
Æternos rectore polos:ipsasq; suprema
Casuras post fata animas:quin ore prophano
Heu nimis ignaro cœpit suadere popello
Ducendam quouis genialem tempore vitam.
Hic sanctas veneres,deuotaq; sabbata ridens
Polluit,& sumpta ieiunia mystica carne.
Et nullum intrabat fassurus crimina templum
Innumeris admissa modis:veriq; iacebat
Relligio neglecta dei: cultusq; superni.
Sic leuitas innata ruit:sic pectore cæco
Mens insana furit:stultiq; inscitia cordis
In damuum laqueata suum,casusq; futuros.
Interea accenso missus censore satelles
Hoc monstrum prensurus erat:populoq; vidente
Igniti plenis olei cocturus ahenis:
Sed volat admonitus celeri properantior euro

Fertilis Oceanus qua rura Britannica ditat.
O fœdam, turpemqꝫ fugam: nam nocte silenti
Obscurum infelix seruili indutus amictu
Præcipitauit iter: nummos cum veste latentes
Interiore iacit: stricto quasi noxia ferro
Viscera transfodiens. quid agat mens conscia facti
Non videt vlla mali: tanta est caligo malorum.
Mendicum adiuuit decocta pecunia Balbum.
Insontis tamen ante mei mentita professus
Crimina, curuato veniam tulit ore petitam,
Vt semper diuina pij vestigia Christi
Sanctaqꝫ facta sequar: debet quæcunqꝫ remitti
Vltori vindicta Deo: quod Galla nequiuit
Flamma Britanna dabit: maiori fœnore dicunt
Offensi dilata Dei tormenta venire.
Cur non ista solo sentina vorantur hyante? Ly.
Cur pluuius non ignis adest, qui tanta cremaret
Infandi portenta mali? ceu Gomora quondam
Et Sodoma exarsit cœlestibus obruta flammis.
O q̃ peruersa est Balbi natura prophani.
Quæ melius reticenda fuit: q̃ pauca referre
Sordentis delicta viri: breuitate probantur
Crimina: quæ volitant cunctos dispersa per agros.
Nauseat ista licet scabies: tamen vlcus apertum,
Et sanies monstrata iuuat quoscunqꝫ disertos;
Et mala conficiunt cautos aliena notantes.
Si videat certo coniunctas fœdere mentes,
Concordesqꝫ animos: discordia seminat arma
Vnanimi annexos astro fractura gemellos.

Candidus en pastor qui Gallica personat arua
Carmine concinno primis dilexit ab annis
Diuinum Ambrosio fortitum nectare nomen:
Et parilis crescebat amor:cum perfidus iste
Fraudibus occultis vinctos dissoluit amantes.
Heu q̄ lingua nocet diro suffusa veneno,
Et stygijs imbuta malis:non ossea lingua est
Omnia cum tritis sed dissipat ossa medullis.
Ast adamantæo religata est gratia nodo
Et solida duplicata fide,cum proditus author
Et committentis nota est fallacia linguæ.
Hic gnauos quoscunq; odit, rabidoq; probatos
Dente viros lacerat: morsuq; cruentat acerbo.
Testis adest Corydon,teneros qui corrigit annos
Arte Palæmonia:testis Melibœus, & Idas
Pectine vocali stupefacta arbusta trahentes.
Quos modo præsentes fictis laudauit amicos
Vultibus:& dulci palpo cum melle perunxit
Ipse venenati cauda serpentis acuta
Pungit:& absentes aloe denigrat amaro.
Illius o Lycida factis caritura relatis
Verba fluunt:veluti rimosa lympha lagena
Deperitura fluit:semper torquetur opima
Vicini tellure sui:redituq; beato
Semper honesta fugit:pathycis stipata cynædis
Huic tantum caupona placet:taliq; diurui,
Nocturniq; simul:scelerisq; inuentor iniqui.
Ni fallor radix tantorum incepta malorum
Ventura non morte cadet:ceu quercus adulta

Diffundet vacuas ramalia longa per auras.
Icta sit o potius valida ceu cæsa bipenni,
Seu rapidis exusta rogis:q̄ fronde nocente
Lętiferum germen radix infecta remittat:
Nunq̄ speratis commissa piacula pœnis
Perditus iste luet:genitus qui crimen ad ipsum
Ardet in omne scelus,laudéq; ex crimine quærit.
Improba non vnq̄ capitis delicta nephandi
Impunita vigent.sequitur sua pœna nocentes
Seu velox,ceu tarda viros:sed numine dextro
Sedula proueniunt syncerę præmia vitæ.
Ieiunas pascamus oues:Christoq; merenti
Soluamus tenui modulatas carmine grates.

FINIS.

¶Guaguinus Fausto poetæ laureato Salutem.



Vod sit meū de tua in Hieronymū Balbū Ægloga iudiciū clarissime vates exploras. Poteras alios multo me ad hanc rem pe=ritiores adsciscere,qui & orationem latinā callent,& Balbi apud Parisios conuersa=tionem experti sunt.Sed ne tibi abscondi tum faciam quod sentio. Si legem sequi=mur Christianā,proximo maledicere pro=hibemur:nec lacessitis licet conuicio referre cōuitium.Patien tia enim sola est, in qua vera animi possessio reponitur.In pa tientia (inquit Christus) vestra possidebitis animas vestras, Verum quia sanctissimis interdum viris bilem incanduisse certum est:nō negauerim virtutis esse.detegere latentem faci=norosi cuiuspiam hominis perfidiā: vt aduersus eum qui nos mendacio inquinauit:nostram tueamur puritatem: & alios moneamus huiusmodi improborum cōmunione abstinere,

maxime si nullo vindictæ ardore flagramus. Quo te vitio facile Fauste absoluerim, quem mansuetum semper esse, modestūq́ cognoui. Et quidem ita iudico: dū aduersus Balbū tuā tueris innocentiam, multorū simul te integritatē defendere. Itaq́ postq̄ illē Parisios adiuit, blanditijs primū & simulata mansuetudine in plurimorū amicitiam surrepens: poematis opinione se notum extulit. Sed vt adulterini mores non diu se cōtinent: ita ille simulatissimus amicitiæ cultor veros mox patefaciens mores erupit. Enimuero neminem nō labefactauit opprobrijs etiam eorū, qui ipsi beneficentissimi extiterāt. Tantaq́ inuidia æstuauit, vt aliorū reprehensione famam aucupicatus, omniū se eruditorē putari laboriosissime insudauit. Nā qui poesim antea musasq́ tantum initio professus fuisset: omnem ferme paruo post tēpore disciplinā se interpretaturū iactauit. Quippe qui & Iustiniani Digesti, & nōnullorū ex iure Pontificio enucleationem audacissime magis q̄ prudenter assumpserit. Nec a Spheræ explanatione fidens sibi interpres temperauit. Adeo impudentissimus erat ignotarum sibi artium vsurpator. Addidit quoq́ huic odiosæ ambitioni inquinatissimum (si famę creditur) scelus: cuius ne dignam incideret pœnam festinatissima Anglos fuga petiuisse vulgatū est. Quæ omnia cū teneas memoriter, & narres eleganter: nihil amplificationis ad tua scripta subijciam. Quæ nō modo hæc de Balbo: sed q̄cunq́ te elucubrasse hactenus legi: talia sunt quæ doctissimus quisq́ non iniuria probet. Vale. Ex ædibus nostris Parisiacis. xvi. Septembris. M.cccc.xcvi.

¶Faustus de beata Virgine Christum Crucifixum in gremio suo deflente.


Eu heu q̄ summo genitrix astricta dolore
Ecce fouet mœsto pignora cæsa sinu?
Nō sic Phœbæo confossos vulnere natos   Niobe
Aspersit miseris fletibus orba parens.

Nec sic Heliades (si vera est fama) sorores
    Deflerunt fratris fata cruenta sui. Erydani
Vt pia deplorat laceratis Virgo capillis:
    Plangit & insana pectora nuda manu.
Qualis & Ogygio Mœnas stimulata furore Baccha
    Attonita immensis questubus astra replet. Agaue.
Interdum exhausta est defesso lingua palato:
    Et torpet rauco mutus in ore sonus.
Siccaq; consumptis modo lumina deserit humor,
    Amissisq; cadens sensibus ille riget.
Phydiaca cælata manu ceu marmora friget:
    Amissisq; cadens sensibus illa riget.
Vsq; adeo charos dolor implacabilis artus
    Imaq; sollicitus congelat ossa pauor.
Vt redeunt solitæ releuata in corpora vires,
    Lamentum infelix maius adorsa nouat.
Vix etiam gladio præcordia sentit acuto:
    Et nullo tantum pectore vulnus hyat.
Infantem cupidis Christum cum stringeret vlnis,
    Hæc sunt fatidico vaticinata sene.
At non crudelis tam vastus vulneris ictus,
    Nec sunt venturi credita damna mali.
Quis Christum humana trutinandum lance putasset?
    Sed reus indigno iudice factus obit.
Corpora nō cernis multo percussa flagello?
    Quæq; sacrum penetrant spinea serta caput?
Nō sublime vides quo fixa est victima lignum,
    Quinaq; Iudæa vulnera facta manu?
Impia quinetiam perpessum funera Christum: